This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

473-81.50

Bound

AUG 2 1 1906

Harvard College Library

FROM

By exchange

QUID

BONI PERICULOSIVE HABEAT

GŒTHIANUS LIBER

QUI

AFFINITATES ELECTIVÆ

INSCRIBITUR

EIUSDEM SCRIPTORIS :

De Tenore, Sensu, Origine trium primorum versuum Apocalypseos, Lutetiæ Parisiorum, Apud Fischbacher, mdccccxciii..... 2 »

Les Origines historiques de la Théologie de Ritschl, Lutetiæ Parisiorum, Apud Fischbacher, mdccccxciii..... 3 50

Ernest Renan, in « *Zeitschrift für Philosophie und Pædagogik* », Langensalzæ, mdccccxciv, I, II..... 2 50

Leçon d'Ouverture d'un *Cours de Littérature allemande* sur la Période de Crise (*Sturm-und Drangperiode*), Lutetiæ Parisiorum, apud Fischbacher, mdccccxcv..... 1 »

L'Origine de l'Apocalypse de Saint-Jean, *Pars prior :* Les nouvelles hypothèses de la Critique allemande. *Pars altera :* Le Problème des Origines littéraires et sa solution. Lutetiæ Parisiorum, apud Fischbacher, mdcccclxxxvii... 3 50

L'Hypothèse d'une Apocalypse Juive et les Objections qu'elle soulève. Lutetiæ Parisiorum, apud Fischbacher, mdcccclxxxviii..... 0 50

Die französischen Hochschulen seit der Revolution, Akademischer Verlag, München mdccccxcvi..... 1 90

Traditionelle Lieder und Spiele der Knaben und Mædchen zu Nazareth, in « *Pædagogisches Magazin* », vol. cxxxviii, Langensalzæ, apud Beyer filiosque, mdcccc... 0 60

La Métaphysique de Lotze, Lutetiæ Parisiorum, apud Fischbacher, mdccccii

QUID
BONI PERICULOSIVE HABEAT
GŒTHIANUS LIBER
QUI
AFFINITATES ELECTIVÆ
INSCRIBITUR

Facultati litterarum in Universitate Parisiensi

THESIM

PROPONEBAT

HENRICUS SCHOEN

GERMANICIS LITTERIS

IN UNIVERSITATE AQUENSI-MASSILIENSI PRÆPOSITUS

« Der grosse Dichter verdient studirt und verehrt, nicht aber durch Gœtholatrie herabgewürdigt zu werden. »
(Schwenck, *Litt. Charakt.*, 308).

LUTETIÆ PARISIORUM

APUD FISCHBACHER, BIBLIOPOLAM

33, via dicta rue de Seine, 33

MDCCCCI

From the University
by exchange.

49581.00

QUID
BONI PERICULOSIVE HABEAT
GŒTHIANUS LIBER
QUI

AFFINITATES ELECTIVÆ

INSCRIBITUR

Facultati litterarum in Universitate Parisiensi

THESIM

PROPONEBAT

HENRICUS SCHOEN
GERMANICIS LITTERIS
IN UNIVERSITATE AQUENSI-MASSILIENSI PRÆPOSITUS

« Der grosse Dichter verdient stupirt und verehrt, nicht aber durch Gottholatrie herabgewürdigt zu werden. »
(Schwarz, *Litt. Charakt.*, 306)

LUTETIÆ PARISIORUM
APUD FISCHBACHER, BIBLIOPOLAM
33, via dicta rue de Seine, 33

MDCCCCI

OPTIMIS ATQUE DOCTISSIMIS

VIRIS

ALBERTO LANGE

& ERNESTO LICHTENBERGER

GERMANICARUM LITTERARUM

IN PARISIENSI UNIVERSITATE PROFESSORIBUS

Gratissimus et amantissimus
discipulus
HENRICUS SCHOEN.

PROŒMIUM

« La moralité d'un roman consiste dans les sentiments qu'il inspire »

A. DE STAËL, *De Germania*, Cap. XXVIII.

Quanquam recentium criticorum cohors quid in quoque libro utile sit, quid rectum, quid decens, quid non, fere semper omisit, hoc tamen potissimum in scriptis legentes considerare debent. Si prodesse et idonea vitæ dicere scriptor voluit, laudandus ; sin boni honestique curam neglexit, culpandus est. Perpauci enim libri, præsertim illi in quibus de virtute moribusque agitur, legentium animos fluctuare ac neutram in partem inclinare sinunt. Sive voluit scriptor, sive noluit, cuique inest libro quasi vis intima, qua legentis animus ad finem quemdam, vel bonum, vel malum incitari potest. Immo, ex hac ipsa vi, me quidem iudice, cognoscendum est quid valeat scriptum, utrum dignum sit, quod legatur, an non. Illis enim principiis, quibus recta in via retinemur, confirmatis aut infirmatis, erigit animum liber quicunque vel debilitat, nos ad certandum pro causis bonis et justis magis vel minus aptos efficit, studium nostrum ac magni et recti admirationem aut accendit aut restinguit ; ut brevius dicam, legentem meliorem

vel peiorem facit, auget vel minuit vim illam, qua sola adiutus vincere potest malum.[1]

Quibus de causis, ubi liber quidam iudicandus est, nulla gravior quæstio proponi et quodam modo agitari potest, quam ea quæ ad vim ethicam illius scripti spectat. Plus enim valet hæc vis ad legentium animos virtute imbuendos, quam omnes oratoriæ virtutes atque scribendi veneres et verborum concinnitas, nisi cum ea coniunctæ sint. Itaque id, quod hac disputatione tractabitur, non una quævis ex multis quæstionibus esse mihi quidem videtur, quæ oriuntur ex unoquoque opere tanti scriptoris, qualis est Gœthius, sed re vera *summa* quæstio est, quam nobis celeberrima maximi Germanorum poetæ ficta historia, quæ *Affinitates electivæ*[2] inscripta est, proposuit.

[1] Cum de bono vel malo, de auctoritate salubri vel perniciosa loquamur, rationes morales nostris temporibus undique probatas sequimur. Itaque putamus ab omnibus concedi flagrantes cupidines coercendas esse atque matrimonium, quoniam institutum est, non minus sanctum esse, quam datum iusiurandum, quod non, nisi summis in difficultatibus, neglegendum est. Erant autem hæc principia ad quæ pervenerant præclarissimi quidam inter veteres philosophos, qui sæpius iudicaverunt matrimonii institutum plurimum valere ad mores informandos :

. . . « fuit hæc sapientia quondam,
. . . Concubitu prohibere vago, *dare iura maritis* ».

Non dubium est quin plane mutanda esset huius disceptationis ratio atque via, si cum illis disputaturi essemus, qui putant libidinibus innatis cedendum esse, aut cum iis, qui sanctum esse datum iusiurandum atque matrimonii institutum negant.

[2] « *Electivus* », nisi apud Ciceronem aut alios antiquos Roma-

Etenim recte hac in re sensisse videntur homines docti, nam omnes fere quæstiones, quæ ex illo opere allatæ sunt, ad vim moralem spectant. Ex quo tempore Gœthii opus in publicum prodiit, quot critici, tot sententiæ audiuntur, neque adhuc discordia resedit. Haud scio an ullum opus, ‚ *Faust* ' et ‚ *Werther* ' fortasse exceptis, tantam interpretationum et iudiciorum discrepantiam protulerit. Putes hoc imprimis criticis gratum fuisse, ut de hac re inter se repugnarent. Quod alter maxime laudat, idem alteri odiosum est. Eadem pagina ab aliis summis laudibus effertur, ab aliis vehementissime vituperatur. Iisdem rebus, quibus alter admirationem suam probat, alter declinationem et odium confirmat. Id, quod alteri ad suam sententiam demonstrandam aptissimum esse videtur, ab altero falsum putatur. Singulis etiam in rebus tractandis suum quisque ingenium et mores ita secutus est, ut vel minimas res alius alio modo interpretetur secundum rationem et quasi ‚ *normam* ', qua omnia considerare et iudicare consuevit [1].

norum scriptores, tamen apud recentiores viros doctissimos invenitur. Suecius enim scriptor, ingenuis artibus instructus, TORBERN OLOF BERGMANN, qui anno MDCCLXXXIV diem supremum obiit, annis MDCCLXXIX-MDCCLXXXI in *Opusculis physicis, chemicis et mineralogicis* librum edidit qui « *De attractionibus electivis* » inscribitur. Cuius operis germanica translatio « *Die Wahlverwandtschaften* » iam annis MDCCLXXII-MDCCLXXXX apparuit.

[1] Recte enim RUDOLFUS GOTTSCHALLUS, præstantissimus ille litterarum germanicarum scriptor, de Gœthiano libro scripsit hæc: « Die *Wahlverwandtschaften* sind ihrer sittlichen Tendenz

Antequam igitur ad quæstionem venimus, quam solvendam suscepimus, et ad id respondemus, quod a nobis ipsis mox proponetur, necesse est profecto, in tanto discrimine atque in re tam difficili et tam discrepante, exquirere quid critici et Germani et Francogalli de hac re senserint. Neque vero *omnes* sententias, quæcumque pronunciatæ sunt, enumerabimus, quod quidem esset

« Periculosæ plenum opus aleæ [1] »,

sed conabimur sententiarum regiones et vias breviter significare.

Quo facto, disceptatio nostra, circumscripta licet ac parvula, ad maius propositum spectabit quam tu fortasse initio existimaveris. Nobis enim non modo

wegen ebenso *angegriffen*, wie *vergœttert* worden ; man hat Gœthe zum *Advokaten der Ehe* und zum *Apostel saint-simonistischer Fleischesemancipation* gemacht und für Beides die *Wahlverwandtschaften* als Beweismittel gebraucht (*Die deutsche Nationallitteratur des neunzehnten Jahrhunderts, litterarhistorisch und kritisch dargestellt von* RUDOLF GOTTSCHALL, ed. quarta, I, Vratislaviæ, MDCCCLXXV, p. 143). — V. etiam quæ HERMANNUS MENGE in sua *Germanicarum Litterarum Historia* scripsit : « Die Aufnahme des Romans seitens des Publicums war eine *sehr getheilte*, und noch jetzt gehen die Ansichten *weit auseinander*. Von Einigen ist er für eine *Apotheose der Ehe*, von Anderen für die *Himmelfahrt der bœsen Lust* erklært worden (*Geschichte der deutschen Litteratur mit besonderer Berücksichtigung der neuern und neusten Zeit*, von HERMANN MENGE, Guelpherbyti, MDCCCLXXXII, II, p. 116). Cf. LEWES, *The Life of Gœthe*, p. 512 (ed tertia) : « Accordingly in Germany and in England the novel is alternately pronounced *immoral* and *profoundly moral*. »

[1] Q. HORATII FLACCI *Carmina*, II, 1.

licebit rationem et viam adhibere, quam illi ex magistris nostris debemus, qui plurimum ad ingenii nostri formam fingendam valuit[1] et quem tanquam ducem carissimum sequimur, sed etiam libellus noster tibi ante oculos ponet quæ vitanda sint; nosmetipsos adiuvabit ad optimam disserendi rationem reperiendam; indicabit fortasse viam rectam et mediam inter admirationem immoderatam eorum, qui approbant quæcumque scripsit vir tanti ingenii, quanti Gœthius, et inter acerbam eorum obtrectationem, qui ex sua ipsorum natura atque moribus scriptoribus præcipere cupiunt, non solum quid sentiendum sit de virtute, sed etiam qua ratione quibusque viis illa expetenda sit. Præterea, cum in hominibus pariter doctis et prudentibus et integris tot tamque diversas sententias viderimus, admonebimur fortasse ne in iudicando severiores simus neve sententiis immoderatis iudiciisque implacabilibus confidamus, atque comperiemus quæstiones morales latius procedere et subtiliores et disserentibus difficiliores esse quam adhuc putavimus.

[1] Parisiensis professor *Ernestus Lichtenberger*.

PARS PRIOR

QUID SENSERINT CRITICI DE VI MORALI GŒTHIANI LIBRI QUI AFFINITATES ELECTIVÆ INSCRIBITUR

CAPUT I

QUID SCRIPTORIS ÆQUALES SENSERINT DE GŒTHIANI LIBRI VIRTUTE MORALI

(Tempus vehementissimæ controversiæ)

« Die Wahlverwandtschaften, fünfzig Jahre lang das gefürchtetste Werk Gœthes ».

(HERMANNUS GRIMM, *Gœthe, Vorlesungen*, MDCCCLXXXXIX, p. 448.)

Ubi primum librum suum in lucem Gœthius edidit, hoc imprimis summa diligentia exquirere critici cœperunt, an bonis moribus congruens vitæque idoneus esset ; an quid pulchrum et dulce in hoc opere esset, minus curabant. Vehementissime enim certaverunt inter se huius libri fautores et detractatores. Atque, cum iam ad vitæ finem pervenisset, poeta senex non sine quadam tristitia meminisse refertur, quam paucos sibi amicos paravisset ille liber, atque Eckermanno, familiari suo, respondisse dicitur, paucissima ea fuisse, quæ de illo opere qua-

dam cum voluptate audivisset *(wœhrend man in jener Zeit* [id est anno MDCCCIX] *und spœter mir eben nicht viel Angenehmes über jenen Roman erzeigte*).[1]

ÆQUALIUM RELIGIO

Plerisque enim inter æquales scriptoribus videtur Gœthius libro suo matrimonii institutum impugnavisse. Ipsum argumentum insectantur critici, præcipuarum personarum condiciones vituperant, rerum quæ narrantur explicationem reprehendunt, clamant quasdam res inhonestas esse ; ac quibus de causis totius operis virtutes et venustates vel ignorant vel prætereunt.

Nec leniora sunt ea, quæ privatis litteris quam quæ publice notantur.

F. MULLER, PICTOR

FREDERICUS MULLER, cognomine PICTOR, qui profecto fabulis ancipitibus non deterrebatur, non dubitat suis in epistulis scribere, Gœthium « ut morum corruptorem virgis cædendum esse ».[2] Sibi enim persuasum habet rebus tam verecundiæ repugnantibus, talibus coniunctionibus, quales sunt inter Carlottam et Eduardum, artem imminui atque corrumpi.

REHBERG

In Gœthiani libri ‚ censura ', quæ, anno MDCCCX, in *Halensibus Diurnis Litterarum Commentariis*[3] apparuit, REHBERG sententiam suam de novo opere non minus acriter exprimit. Non solum libri

[1] « *Gespræche mit Gœthe* », ed. Gustav Moldenhauer, I, 223 (21 Jan. MDCCCXXVII).

[2] « *Als Sittenverderber mit Ruthen streichen.* »

[3] *Allgemeine Litteraturzeitung,* Halis Hermundurorum, Jan. MDCCCX, I. Cf. *Gœthe-Jahrbuch,* VI, 352.

materiem insectatur, quam, et periculosam et inhonestam, naturæ simul et arti repugnare contendit, sed imprimis Eduardum ipsum reprehendit, quem « baronis dignitate ornatum Guilelmum Meister »,[1] « vanum nugatorem », [2] vel brevius « baronem nugatorem » [3] appellat.[4]

JEAN PAUL

Fredericus Richter, cognomine Jean Paul, leniorem quidem se præstat neque Gœthiani libri leporem iucunditatemque negligit, sed ferre non potest Eduardi et Carlottæ adulterium, animo commissum, [5] quod multo inhonestius esse dicit quam verum adulterium.

CARLOTTA STEIN

Etiam Carlotta Stein, quæ quidem Ottiliæ personam et mores admiratur, non concedit ciborum abstinentiam nobilissimum et aptissimum genus mortis voluntariæ esse.

[1] « *Ein baronisirter Wilhelm Meister.* »

[2] « *Charakterloser Laps.* »

[3] « *Baron Laps.* »

[4] V. etiam de Ottilia: « nicht ein echtes Kind von des Dichters Geiste, sondern *sündhafter Weise erzeugt*, in doppelter Erinnerung an Mignon und an ein altes Bild von Masaccio oder Giotto. » Atque addit Rehberg: « Wie kann man aus solchen Geschœpfen eine Tragœdie machen! O gœttlicher Sophocles! Heiliger Shakespeare, Richardson, Rousseau, und wer sonst das menschliche Herz durch den Kampf der Leidenschaft mit dem Gefühle des Erhabenen zu bewegen wusste! Hat der Verfasser des Werther und der Iphigenie hier sich selbst oder sein Publikum verspotten wollen? » (V. *Gœthe-Jahrbuch*, VI, 352).

[5] Quod « *das ideelle Ehebrechen* » appellat. Cf. Hillebrand, « *der Phantasie-Ehebruch* » (*Die deutsche Nationallitteratur im* XVIII. *und* XIX. *Jahrhundert*, II, ed. tertia, MDCCCLXXV, p. 271).

F. Kœppen

Neque aliter Fredericus Kœppen, sapientissimus ille litterarum professor Landistustensis, qui tamen Gœthii priora opera publice comprobaverat, novum librum reicit, quod sibi a sene scriptum esse videatur.

Jacobi

Immo Fr. H. Jacobi in Gœthii librum ita exarsit ut ad amicum suum Fredericum Richter scripserit opus « turpium voluptatum consecrationem et quasi Ἀποθέοσιν[1] esse ».

Wieland

Gœthii vetus ipse amicus, Christophus Martinus Wieland, profitetur seipsum, cum primum librum legerit, argumento varie affectum ac commotum esse; dicit illis rebus, quæ sibi displicuerint, omnino deletam esse iucundidatem, qua quibusdam operis partibus affectus sit; addit se, cum iterum legerit, summam operam dedisse, ut omnia probaret atque exciperet ; cum vero tertium legerit, se Gœthianum opus in alteram libræ lancem imposuisse, in alteram autem lancem perfectæ fictæ historiæ speciem, quæ animo suo insideret ; ubi vero Ottilia prodiisset, illam lancem surgere cœpisse, et, paucis intervallis interjectis, surrexisse, dum iugo adhæsisset, quasi *magnete lapide* retenta[2]. Atque alio loco : « Das

[1] *Eine Himmelfahrt der bœsen Lust.*

[2] « Das erstemal verkümmerte mir alles, was mir missfiel, den Genuss alles dessen, was mir gefiel, doch hielt das eine dem andern ziemlich das Gleichgewicht; das zweitemal gab ich mir alle Mühe, mich selbst zu tæuschen, und mir *alles gefallen zu lassen* ; das drittemal legte ich die *Wahlverwandtschaften* in die *eine* Wagschale, und mein Ideal eines guten Romans in die andere, und siehe da ! von dem ersten Augenblicke an, da die junge Heldin des Stücks erscheint, fing die Schale des Gœthe' schen

ist ein Buch, inquit, für die jetzige Generation, die vor lauter æsthetischer und moralisch sein sollender Schwærmerei und Raffinerie allen Sinn für Wahr, Shœn und gut verloren hat ».

Qua æqualium suspicione cognita, non mirum videbitur nonnullos ex iis, qui antea poetæ maximam admirationem tribuerant, recentis operis censuram in vulgus edere noluisse. Sive timebant ne amicum natu maiorem læderent, sive eos pigebat omnium fere existimationi obsistere, multi critici cautius tacuerunt vel iudicium suum distulerunt. Inter quos ROCHLITZ, qui ‚ censuram ' libri de quo agitur in *Ephemeridis Litterarum Ienensibus*[1] edendam scribere noluit ; quare poeta senex graviter doluit, cum iucundissimum ei fuisset iudicari ab eo critico, qui, cum *Affinitates electivas* accepisset, epistulam ei gratissimam scripserat.[2] Vel ZELTERUS, Gœthii amicissimus, ita perturbatus est ut nihil de ipsa operis materia scripserit, sed modo scribendi genus verborumque gravitatem et copiam laudaverit.

ROCHLITZ

ZELTERUS

Romans an zu steigen, und stieg mit wenigen Abwechselungen immer hœher, bis sie endlich an den Wagebalken anstiess, und dort wie an einem künstlichen Magnet hængen blieb. » (Wieland ad Bœttigerum in RAUMERI libro qui « *Historisches Taschenbuch* » inscribitur, x, 460 sq.)

[1] Quæ « *Jenaer Litteraturzeitung* » inscribitur.

[2] « *Sehr einsichtig und zart* » ipse Gœthius inquit. (V. DUNZERUS, *Erlæuterungen, Gœthes Wahlverwandtschaften*, Lipsiæ, MDCCCLXXVIII, p. 15).

Quæ omnia tibi aperte demonstrant quanta religione poetæ æquales affecti sint, ubi exstitit liber qui *Affinitates electivæ* inscribitur. Etenim perpauci tantum critici libere dixerunt quantopere sibi displicuerit opus; maior autem est eorum numerus qui animi dubitationem vel etiam indignationem celavisse videntur, quæ ne venustatibus quidem totius operis tolli poterant; tam communis erat inter homines doctos metus, ne liber, de quo disserimus, moribus periculum afferret !

GŒTHIANI LIBRI LAUDATORES

Attamen inter aliorum acria iudicia et aliorum silentium audiuntur singulares quædam laudes operis illius acri subtilique ingenio sic in peius diiudicati. Verba enim, quibus Cotta librum in publicum edendum extollit, paulo post confirmantur opinione

KNEBELIUS

KNEBELII, Gœthii amici, qui prioris partis scientiam ingenii humani prædicat, quæ multum valeat ad mores emendandos[1]; alterius autem partis gravem augustamque tranquillitatem laudat[2].

VOSS SENIOR

Neque aliter JOHANNES HENRICUS Voss, annis atque honoribus locuples, propenso animo novum opus excepit, cum ex scriptoris fervore, quem in tot illius temporis scriptis desiderabat, summam lætitiam ceperit.

[1] « *Die ethisch wirkende Menschenkenntniss des Verfassers.* »

[2] « Was soll ich zu der schœnen Novelle sagen ? und dann zu der *schaurigen Ruhe,* zu der die Geschichte gegen das Ende steigt ? Es ist *neu,* und doch *wahr* und *vortrefflich*. Mit welchem Auge hast Du die Menschen und Dinge gesehen ? » (*Knebelius ad Gœthium,* anno MDCCCIX exeunte).

« Sie unendlich reicher Mann, ut ad Gœthium scripsit, wie wissen Sie zu beglücken !... Mir ist, als wenn Sie keines Ihrer frühern Werke mit dem Behagen, *mit der Gluth und Innigheit* geschrieben, und doch sehe ich keines Ihrer frühern Werke geringer an, als vor Lesung Ihrer *Wahlverwandtschaften* ».[1]

At imprimis ex minoribus natu nonnulli exstiterunt, qui illud opus defenderunt, quod plerique natu maiores tam vehementer impugnaverant.[2]

VOSS IUNIOR

Sic Voss IUNIOR ad Schilleri viduam scripsit Gœthium in hunc librum omnia deposuisse, quæ expertus esset ac de rebus humanis sentiret: sed « *Gœthium, ut deum quemdam, esse perenni fecunditate.* »[3]

SOLGER

SOLGER philosophus, qui vix tricesimum annum agebat cum *Electivæ Affinitates* apparuerunt, unus ex paucis criticis exstitit, qui, ut Gœthius ipse professus est, perspexerunt quid sibi scribendo proposuisset scriptor. Poeta, qui critici adulescentis iudicium septimo tantum anno post mortem eius immaturam novit, non dubitat dicere haud facile inveniri quicquam melius inter iudicia, quæ de hac ficta his-

[1] 26 dèc. MDCCCIX, V. *Gœthe-Jahrbuch*, V., 77.

[2] Recte enim HERMANNUS GRIMM scripsit hæc: « Die jüngere Generation sah in Ottilie ihr Ideal » (*Gœthe, Vorlesungen*, ed. sexta, Berolini, MDCCCLXXXIX, p. 450).

[3] « Dem jüngeren Voss war es als ob Gœthe hier *den ganzen Reichthum seiner Erfahrungen und Lebensansichten habe niederlegen wollen ; allein er sei unerschœpflich wie die Gottheit* » (GŒDEKE, *Gœthes Leben und Schriften*, Stuttgartiæ, MDCCCLXXIV, p. 450).

toria prolata sint[1]. Solger enim ad amicum[2] scripsit Gœthianum librum esse « opus inexhaustum, summo arte factum, immensum infinitumque. »[3] Sola Eduardi persona ei moralibus de causis molestissima fuit; idem tamen hac de re sensit atque Gœthius ipse, cui etiam Eduardus odiosus erat et qui insuper dixisse refertur hanc personam non aliter fingi potuisse ad libri fabulam tractandam atque explicandam.[4] Immo, quibusdam locis, ut in Architecti persona, Solger talia Gœthii consilia detexit, de quibus poeta sibitmet ipsi rationem non reddidit, sed postea concessit criticum adulescentem recte iudicavisse.[5]

PASSOW

Eodem modo PASSOW iuvenis qui, eo tempore quo *Affinitates electivæ* in publicum prodierunt, Vimariæ versabatur, non dubitat admirationem suam

[1] « Es ist nicht leicht *etwas Besseres* über jenen Roman gesagt worden » (Gœthius ad familiarem suum Eckermannum, *Gespræche mit Gœthe*, ed. Gustav Moldenhauer, I, p. 222, 21 jan. MDCCCXXVII).

[2] Quis fuerit ille amicus incertum est. Falso in Eckermanni Sermonibus legitur: « In einem derselben [Brief] schreibt er [Solger] *an Tieck* über die ‚Wahlverwandtschaften' [Gœthius loquitur]. (V. KOBERSTEIN, *Geschichte der deutschen Nationallitteratur*, ed. V., Lipsiæ MDCCCLXXIII, IV, p. 941).

[3] « *Ein unerschœpfliches Kunstwerk, ein immensum infinitumque* ». SOLGER, *Nachgelassene Schriften und Briefwechsel*, MDCCCXXVIII, I, p. 175, sq. Cf. *Brief an einen Freund*, MDCCCXV, p. 367 sq.

[4] « Ich kann ihm nicht verdenken, inquit Gœthius in *Sermonibus cum Eckermanno*, dass er [Solger] den Eduard nicht leiden mag; *ich mag ihn selber nicht leiden*, aber ich musste ihn so machen, um das Faktum hervorzubringen. »

[5] In *Sermonibus cum Eckermanno*, I, p. 223.

exprimere, et Knebelio dicit se in illo opere « prudentiæ atque amoris, præcipuæ perfectionis atque perpetui iuvenilis ardoris copiam videre [1] ».

Hæc iuvenum voces raræ, Gœthiano libro faventes, magis magisque probabantur ceteris litteratis, cum ECKERMANNI præclarissimum opus de omni poeseos genere et præsertim de Gœthii poesi [2] et eiusdem *Sermones cum Gœthio* apparuerunt. Ille vir poetæ amicissimus iniquissima priorum criticorum iudicia optime refutavit atque improbavit, cum demonstraverit Gœthium matrimonii institutum minime infirmare voluisse cumque præcipuarum personarum veritatem atque scriptoris scientiam ingenii humani in lucem protulerit. Jam anno MDCCCXXXIV GŒSCHEL, in libro quem modeste « *Sermones* » inscripsit, [3] et eodem fere tempore RŒTSCHERUS, [4] in disputationibus, quæ de artis philosophia atque de fictis historiis disserunt, Gœthiani libri leporem et concinnitatem

ECKERMANNUS

GŒSCHEL

RŒTSCHERUS

[1] « *Ein Schatz von Verstand und Liebe, von klassischer Vollendung und ewiger Jugendgluth.* » (V. GŒDEKE, *Gœthes Leben und Schriften,* Stuttgartiæ, MDCCCLXXIV, p. 450).

[2] ECKERMANNUS, *Beitræge zur Poesie, mit besonderer Hinweisung auf Gœthe,* Stuttgartiæ, MDCCCXXIII, p. 150-190.

[3] GŒSCHEL, *Unterhaltungen zur Schilderung Gœthescher Dicht- und Denkweise,* II, p. 57-60.

[4] RŒTSCHERUS, *Abhandlungen zur Philosophie der Kunst, Zweite Abtheilung,* Pars I-III, Berolini, MDCCCXXXVIII, *Gœthes Wahlverwandtschaften in ihrer weltgeschichtlichen Bedeutung, ihrem sittlichen und künstlerischen Werthe nach entwickelt*: « Die Wahlverwandtschaften stellen uns *die über die Leidenschaft siegende sittliche Macht der Ehe als eine Epopœ dar.* »

in lucem protulerunt atque etiam in maius extulerunt, neque vero quantum valeret Gœthii opus ad mores legentium emendandos satis accurate explorarunt.

Quorum tamen criticorum laudes, re quidem maiores, in *Annalibus criticis de studiis atque doctrina*[1] et in scriptis CONRADI SCHWENCKII[2] aliorumque philosophorum ita impugnatæ sunt, ut hac controversia multorum doctorum hominum animi immutarentur atque ad graves quæstiones converterentur,

SCHWENCKIUS

[1] *Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik,* MDCCCXXXVIII, Nr. 111-115.

[2] V. exempli gratia quæ CONRADUS SCHWENCKIUS, anno MDCCCXXXIX de Rœtscheri disceptatione scripsit: « *Diese Schrift, ein fortgesetzter Pfuhl seichter kokettirender Phrasen.* Dieser gedunsene scholastische *Theeschwatz* begründet die Unauflœslichkeit der Ehe nicht im Geringsten, worauf doch für die Erklærung der *Wahlverwandtschaften* gerade Alles ankommt. (*Hallische Litteraturzeitung,* MDCCCXXXIX).

Cf. quod de Gœthii *Affinitatibus electivis* dixit: « Will ein sittlicher kategorischer Imperativ mit seiner schulmeisterlichen Zuchtruthe, um der Absolutheit eine Ehre anzuthun, auftreten und Ehegatten züchtigend gebieten sie sollen sich lieben, wenn sie auch nicht kœnnen, da Liebe nicht auf Verstandesgründen beruht, so ist das nur *lœcherlich* und weiter nichts... Die *Wahlverwandtschaften* sind *keine Verklærung der Ehe* und *keine Siegesfeier ihrer sittlichen Macht,* sondern wenn man gerade dies Verhæltniss der Ehe darin hervorhebt, *ein starker Angriff auf dieses Institut,* sobald man es für ein unauflœslich bindendes ansehen will. »

Cf. quoque de primarum partium personis haec: Eduard hat ein *warmes, erregbares Gefühl,* eine *erregbare Phantasie;* Charlotte hat *sexuell wenig Temperament.* (SCHWENCKIUS, *Litterarische Charakteristiken,* MDCCCXLVII, p. 354, 359, 360).

quæ in *Electivis Affinitatibus* agitabantur; atque ita effectum est ut illius operis vis ethica paulatim minore odio iudicaretur.

ZAUPERUS

Jam anno MDCCCXL J. ST. ZAUPERUS, qui quidem magno Germanorum poetæ maximam tribuebat admirationem, exclamavit: « Mag es Anderen gegœnnt sein, in Romanen zu schildern, quid virtus et quid sapientia possit, unser Dichter hat es sich einmal vorgenommen, die Menschen zu geben, wie sie, leider! sind, und so werden sie für uns *belehrender als jene Ideale nach denen wir vergeblich suchen*[1] ».

Sed, cum illorum Gœthio faventium scriptorum mentionem facimus, nostræ ætati appropinquamus, qua iudicandi ratio omnino immutabitur.

ALIENIGENÆ CRITICI

Etiam alienigenæ homines Gœthii *Affinitates electivas* non mitiore animo exceperunt quam poetæ populares, si quidem libro recenti iudicando incubuerunt. Quippe Gœthiani operis et argumentum et materia ita ex Germanorum intima mente et moribus ficta erant,ut non facile ab externis gentibus percipi possent. Non nisi multo post scriptoris mortem *Affinitates electivæ* in linguam Britannorum Italorumque translatæ sunt. Francogalli autem Gœthiano opere non magis delectati sunt, quod illis nihil aliud videbatur esse quam quælibet de moribus Germanorum ficta historia; neque vehementer animi quæstione morali moti sunt, quæ finitimæ gentis animos tam graviter incenderat.

FRANCOGALLI CRITICI

[1] *Studien über Gœthe,* Vindobonæ, MDCCCXL, I, p. 185.

TRANSLATIONES

Translatio enim BRETONII, qui feminæ primas partes agentis nomen in inscriptionem retulit,[1] animos non magis excitavit, quam liberrima imitatio, quæ eodem anno MDCCCX apparuit, et quæ fideliter « *Les Affinités électives* » inscripta erat. Sane PRINCEPS DE LIGNE, cum gallicam translationem legisset, aperte ac propalam admirationem suam professus est: « Quel chef-d'œuvre », in epistula ad amicum exclamavit, « même en français, que les tablettes d'Ottilie ! et que de profondeur, d'attachant et d'imprévu dans cet ouvrage, où il y a la plus grande supériorité sur ceux des autres nations ».[2] Sed maxima pars eorum Francogallorum, qui Gœthii librum legerunt, recens opus non benigne exceperunt vel omnino neglexerunt, dum mulier non ignobilis A. DE CARLOWITZ, Gœthianum librum ex germanico in gallicum sermonem transtulit.

PRINCEPS DE LIGNE

FEMINA DE STAEL

Etiam ANNA LUDOVICA DE STAEL, quamvis magno Germanorum poetæ maxime faveret, severe tamen de Gœthiano libro iudicavit, qui eodem fere tempore apparuit, quo eadem celeberrimum librum *De Germania* scripsit. Dicit sese nescire quid sibi illo opere conficiendo scriptor proposuerit atque addit animi intentionem legenti sæpius languescere. Illi videtur opus cotidianæ vitæ humanæ plus æquo simile esse,

[1] *Ottilie ou le Pouvoir de la Sympathie*, par BRETON, Lutetiæ Parisiorum, MDCCCX.

[2] *Nouveau Recueil de Lettres du Prince de Ligne*, Vimariæ MDCCCXII, t. II, p. 4.

nam, ut ait, fictis vera æquari non posse, nisi ficta veris pulchriora sint[1]. Attamen Anna Ludovica de Staël de divortio ne unum quidem verbum scripsit, quæ autem quæstio Germanorum criticorum animos vehementissime permoverat, sed, ut erat mulier acutissimo animo prædita, sensit « Gœthium, dum scriberet, vehementissime animo doluisse », quibus verbis ante Henricum Lewes significavit, esse in illo opere aliquid ex ipsa poetæ vita sumptum, quod scribentis animum commovisset ; metuere videri scriptorem ne, aliorum animos afficiendo, afficiatur et ipse. Imprimis laudanda est, quod intellexerit summam quæstionem, in *Affinitatibus electivis* agitatam, esse præsertim moralem : « Une question plus importante, inquit, c'est de savoir *si un tel ouvrage est moral*, c'est-à-dire, *si l'impression qu'on en reçoit est favorable au perfectionnement de l'âme.* » Atque mirabili quadam sagacitate addit : « Les événements ne sont de rien à cet égard dans une fiction ; on sait si bien qu'ils dépendent de la volonté de l'auteur, qu'ils ne peuvent réveiller la conscience de personne : *la moralité d'un roman consiste donc dans les sentiments qu'il inspire.* On ne saurait nier qu'il n'y ait dans le livre de Gœthe une profonde connaissance du cœur humain, mais une *connaissance décourageante* ; la vie y est

[1] « *Une fiction ne peut égaler l'effet de la vérité qu'en la surpassant.* » (*De l'Allemagne*, cap. XXVIII, *Des Romans*, ed. Garnier, p. 361).

représentée comme une chose assez indifférente, de quelque manière qu'on la passe... Les passions existent, les vertus existent... voyez et jugez, semble dire l'écrivain... On aperçoit dans ses écrits une philosophie dédaigneuse, qui dit au bien comme au mal : Cela doit être, puisque cela est... enfin, ce qui manque surtout à ce roman, c'est un sentiment religieux ferme et positif : les principaux personnages sont plus accessibles à la superstition qu'à la croyance, et l'on sent que, dans leur cœur, la religion, comme l'amour, n'est que l'effet des circonstances et pourrait varier avec elles... *Un homme de génie tel que Gœthe doit servir de guide à ses admirateurs dans une route assurée.*[1] ».

Conclusio

Ut summatim dicam, plerique Gœthii æquales *Affinitates electivas* non benigne exceperunt. Qui opus laudaverunt, reconditas et exquisitas sententias atque personarum primas partes agentium veritatem orationisque ubertatem et copiam præsertim ante oculos habuerunt ; qui contra impugnaverunt, multo plures, videntur ante omnia vi perniciosa perterriti fuisse, qua opus legentibus adulescentibus nocere eorumque mores corrumpere posset. Alienigenæ autem, qui legerunt, hoc quidem periculum minus timuerunt, sed plerique eorum videntur parvi fecisse librum, cuius argumentum explicationemque non satis incitato cursu progredi putabant. Ne

[1] *Ibidem*, p. 362 et 363.

Anna Ludovica de Staël quidem conata est intimas personarum naturas pervestigare, sed reputavit secum quanta vi illud opus animos perturbare atque perfringere posset.

CAPUT II

QUÆRITUR UTRUM GŒTHIUS LIBRI DE QUO AGITUR ARGUMENTUM ET PERSONAS EX VITA SUA SUMPSERIT, AN NON

« Niemand verkennt an diesem Roman *eine tiefleidenschaftliche Wunde*, die im Heilen sich zu schliessen scheut, ein Herz, das zu genesen fürchtet ».

(*Tages-und Jahreshefte*, MDCCCIX).

Novo quodam modo Gœthianum librum interpretatus est Anglicanus criticus, HENRICUS LEWES, neque huius iudicium parvi fuit momenti apud eos qui postea, rectam vivendi rationem bonosque mores tantummodo respicientes, opus illud perpendere voluerunt.

LEWES

Sibi enim persuasum habet Henricus Lewes opus de quo agitur non exprimere quid Gœthius ipse senserit de iure vel iniuria amoris ab usu nostrorum temporum remoti atque legibus nostris repugnantis, sed fidam nobis imaginem reddere perturbationum, quibus ipsius scriptoris animus commotus fuit[1], ac simul nobis ostendere quam singularis et ardens fuerit amor poetæ et amicissimæ eius puellæ; uterque enim, ut ait Lewes, sensit oriri atque augeri

[1] « *She* (id est Ottilia) *exercised a fascination over him* (id est Gœthium), *which his reason in vain resisted* » (*The Life of Gœthe*, ed. tertia, Londinii, MDCCCLXXV, p. 510).

amorem, cuius nullus optabilis exitus esse posset quique et amicos et semetipsos in eamdem calamitatem tracturus esset : « the growing attachment, inquit, was seen by all with pain and dismay, because, not to mention the disparity of their ages, there was the fact of his own marriage staring him and them in the face ». Immo præstantissimus Anglicanus scriptor asserit Minnam Herzlieb in alium locum missam esse, ut e tanto periculo eriperetur, nam nemo extremam necessitatem, nihil ausus, expectat.[1]

Si ita res se habeat, *confessionnem*, non *defensionem instituti cuiusdam* nobis præbuit Gœthius; liber igitur, de quo disserimus, veri proxima est imago. Neque pluribus verbis quærit Anglicanus criticus sitne narratio ex vita sumpta coercenda iisdem ethicis terminis atque ficta. Censet enim narrationis fidem quasi « *liberæ transitionis pignus* » esse.[2] « Those, inquit, who object to such pictures, and think *that truth is no warrant*, may reasonably consider Gœthe blamable for having chosen the subject. But he chose it because he had experienced it. And once grant him the subject, it is difficult to blame his treatment of it, as regards the social problem. He did his utmost to present this truthfully ».

[1] « The marriage of her younger sister was seized as the occasion *of getting her away from Jena and the dangerous intimacy with Gœthe* » (p. 511).

[2] « *Ihm gilt die Treue der Darstellung für einen Freibrief* » (DUNZERUS). Mihi tamen persuasum habeo non modo *fictam* narrationem sed etiam *confessionem* atque *historiam ipsam* « et veritatis lumen, ut ait Tullius, et *vitæ magistram* » esse debere.

Quæ Henrici Lewes opinio, Gœthianum enim librum esse confessionem, mox et plurimos amicos sibi paravit et multos acerrimos obtrectatores excitavit.

STAHRIUS

Ut Lewes, ita ADOLFUS STAHRIUS sibi persuasum habet in Gœthiano libro meram confessionem prolatam esse atque, hac opinione probata et confirmata, Gœthii et Minnæ flagrantem amorem plus æquo extollit. Dicit magnum poetam per multos annos amore puellæ commotum esse atque animi perturbationem in ardentibus fabulæ descriptionibus expressam et quasi pictam in lucem protulisse.

MEYER

K. W. MEYER quoque in prioris critici partes transiit.[1] Cum diceret eamdem esse Ottiliam atque Minnam Herzlieb, castæ et puræ Gœthiani libri virgini splendorem quemdam mysticum circumdabat.

Si quæritur de vi morali, quæ quidem ab utroque critico fere prætermissa est, Gœthii opus iis qui illorum opinioni assentiuntur nihil aliud esse potest nisi quasi *documentum abstinendi*'[2], sed desinit esse liber quo defendatur vel impugnetur matrimonii religio.

DUNZERUS

Quæ sententia ab HENRICO DUNZERO vehementissime refutata est, qui profecto eam subtiliter et exquisite examinavit. Anglicani critici verba secutus, ostendit Dünzerus naturam commercii, quod

[1] K. W. MEYER, *Preussische Jahrbücher*, Juni, MDCCCLXX.

[2] Quod Germanorum critici *Entsagung*, *Entbeeren* appellaverunt.

Gœthius cum Minna Herzlieb habuit, ab Henrico Lewes nequaquam perspectam esse : « Lewes, exclamat, hat schlecht in Iena gehorcht [1] ». Haud iure, inquit, putatur Minna Herzlieb in alium locum missa esse, ut a Gœthio removeretur. Ienæ, tempore quo profecto Gœthii ipsi amici illius rei maiorem notitiam habebant, nemo quicquam de illa perturbatione novit, quæ amantium animos ita commovisset, ut eos morbo afficeret [2]. Addit Dünzerus Henricum Lewes non tantum erravisse, sed etiam contra fidem peccasse, cum omnino neglexerit Gœthii epistulam, ad Zauperum scriptam, qua librum suum ad mores spectare poeta affirmavit [3], et ea quæ *Ser-*

[1] V. HENRICUS DUNZERUS, *Gœthe, Minna Herzlieb und die Wahlverwandtschaften* in « *Magazin für die Litteratur des Auslandes* », MDCCCLXX, Nr. 20 et 21.

[2] Non solum suis argumentis Dünzerus nititur, sed etiam libro F. S. FROMMANNI : « *Das Frommannsche Haus und seine Freunde* », Jenæ, MDCCCLXX, p. 84, sq., ed. tertia, Stuttgartiæ, MDCCCLXXXIX, p. 118-121. Dicit enim FROMMANNUS hæc: « Soviel ist gewiss, dass er [Gœthius] *auch nie an ihren Besitz gedacht hat*... Sie [Minchen] hat an ihn *sicher gar nicht geschrieben*. Dazu war sie *viel zu schüchtern und schreibfaul* » (p. 121). Et profecto Minnæ sodalis peritior erat quam Lewes aut Stahrius professor, qui ad Frommannum, puellæ amicum et quasi fratrem, scripsit, ut se edoceret. Cf. tamen quæ ERNESTUS LICHTENBERGER scripsit : « Mais ce frère peut se tromper : peut-être même sa piété filiale l'engage-t-elle à fermer les yeux sur cette passion... En atténuant la force des sentiments de l'un et de l'autre, ne fait-il pas une apologie indirecte de la conduite de ses parents ? » (*Etude sur les poésies lyriques de Gœthe*, editio secunda, Lutetiæ Parisiorum, MDCCCCLXXXII, p. 311).

[3] V. infra hoc scriptoris ipsius testimonium: *Pars altera*, Cap. I.

mones cum Eckermanno habiti de opere eius declarant. [1]

Discrepant igitur, ut ait Henricus Dünzerus, Anglicani critici opiniones simul cum vero et cum iis, quæ Gœthius ipse haud ambiguis verbis affirmavit.

Quod ad Adolfum Stahrium attinet — pergit Dünzerus — ille subtilis ac peracutus scriptor ea, quæ alii dixerunt, plus æquo augere consuevit, ut sententias tam leves quam ingeniosas [2] proferret. Tantum abest ut per multos annos Gœthius maximis doloribus dilaceraretur, ut, ab amoris initio, æquo animo dicere posset : « hæc hactenus [3] ! ». Eodem enim tempore, quo Stahrius putat poetam vehementissime commotum ac perturbatum fuisse, hilarem eum invenimus et quietum [4].

Iam doctrina de Gœthiani libri historico fonte in discrimen venire videbatur cum eam HERMANNUS GRIMM, solers ad fingendas causas Berolinensis professor, iterum suscepit novaque argumenta attulit [5].

[1] V. *Pars altera*, Cap. I.

[2] « *Leichtfertig geistreich.* »

[3] « Dass der Dichter sich doch *gleich gefasst* und sein *Nicht weiter!* sich zugerufen... habe ich erwiesen » (*Erläuterungen*, X, ed. II, Lipsiæ, MDCCCLXXVIII, p. 21).

[4] *Gœthe, Minna Herzlieb und die Wahlverwandtschaften*, in *Magazin für die Litteratur des Auslandes*, MDCCCLXX, Nr. 30. (Cf. *Erläuterungen*, p. 21-22).

[5] In compluribus libellis et imprimis in lectionibus suis annorum MDCCCLXXIV-MDCCCLXXV, editis primum anno MDCCCLXXXI : *Gœthe, Vorlesungen gehalten an der königlichen Universität zu Berlin*, Berolini, MDCCCLXXVI; V. ed. sexta, MDCCCLXXXXIX, p. 423, 441 sq., 497, 452, 485.

Contendit enim Grimm verum operis fundamentum esse in primo illo Gœthii cum Carlotta Stein commercio ; Eduardi et Carlottæ necessitudinem in ficta historia eamdem esse atque eam, quam Gœthii amici Vimariæ habuerunt, et perturbationem, quam Ottilia in baronis penates attulit, simillimam esse eius, quam Gœthius ipse in familia sibi amicissima excitavit. Hermanno Grimm si credas, fabula sua Gœthius culpam, quam commisit, confessus est, cum per quosdam annos in condicione moribus nostris contraria versatus est. Cum iam diu poeta animi cruciatus arte exprimere statuerat, hac in re nihil præter occasionem supremam et quasi ultimum impulsum desiderabat. Quæ occasio ei oblata est, ubi primum Minna Herzlieb animum eius commovit. GRIMM

Quod si recte dictum esset, historia nostra ficta « opus atque documentum pœnitentiæ » putanda esset eoque modo ad legentium animos emendandos valere posset.

Sed istius scriptoris sententia non magis quam priorum criticorum Henrico Dünzero probata est. Nam, ei si confidas, ubi temporum ordinem reputamus, nullo modo intellegi potest, cur sex menses præterierint inter id tempus, quo Gœthius iterum Minnam vidit, et id, quo suscepit *Affinitates electivas* scribendas. Cum autem — pergit Dünzerus — Grimm demonstrare conatur sub fictum Ottiliæ ad Eduardum et Carlottam adventum eadem evenisse, quæ sub Gœthii accessum ad amicum suum Stein eiusque uxorem, comparatio certe non est recta,

nam necessitudo et familiaritas, quæ inter Carlottam Stein et maritum eius permanebat, Gœthii adventu minime labefacta est.

Denique — addit Dünzerus — præcipua totius operis res, id est *occulta affinitas*, quæ ex amantium convictu oritur, nihil fere simile habet cum Carlotta Stein, quæ ita amore non præceps ferebatur ut poetam severissime coerceret et a se removere festinaret, cum amici cupiditatem longius procedentem cerneret[1].

Dünzero si credas, ex his quæ modo exposuimus scire licet, sæpius in litterarum historia, falsam quidem sed *ingeniosam* ac *subtilem* opinionem non plane relinqui, sed paululum mutari, ita ut falsum novis semper formis in perpetuum prodire possit, nisi radicitus illud evellamus.

Videtur tamen Dünzerus, mea quidem sententia, Hermanni Grimm opinionem in maius exaggerasse ; nam ille præclarissimus ac sapientissimus Berolinensis magister ab initio multo magis quam Stahrius poetæ ipsius artem respexit atque in ultima prælectionum suarum editione (MDCCCLXXXXIX) intellexit Gœthianum librum esse opus perpolitum neque limæ laborem et moram scriptorem offendisse; immo fatetur plures fuisse Ottilias sicut plures fuissent Lottæ, Carlottæ autem personam in Gœthiano libro quidquam

[1] « Frau von Stein, die sich so wenig unbewusst hinreissen liess, *dass sie den Dichter sehr kurz hielt*... (DUNZERUS, *Magazin für die Litteratur des Auslandes*, MDCCCLXXIII, Nr. 5 et 6 ; Cf. *Erlæuterungen*, p. 23).

modo simile habere cum Carlotta Stein. « Ottilie, inquit, ist ein Erzeugniss der künstlerischen Reflexion eines Dichters, welcher, als er diesen Roman schrieb, Alles vermochte, nur das Eine nicht : in eine bloss epische Erzæhlung mit Leidenschaft seine Gefühle hinzuwühlen, wie er früher gethan. »[1]

Concedit denique Hermannus Grimm omnia quæ priores critici tentaverant ad illos homines inveniendos, quorum effigiem exprimendam sibi proposuerit poeta quosque intuens primas libri personas finxerit, et vana esse et irrita,[2] atque, quasi significaturus quantum distarent recentiores critici a priore sua sententia et ab opinione Adolfi Stahrii et Henrici Lewes, addit haec : « Es handelt sich diesmal nicht darum, der schœnen, guten, liebenswürdigen Minna Herzlieb etwas anzuhængen, sondern eher, ihr zu der gebührenden Ehre zu verhelfen, Gœthe wirklich eine Leidenschaft eingeflœsst zu haben. »

Conclusio

Quæ historicorum, quos quidem perlustravimus, doctrina aliquid tamen veri in lucem protulit, ex quo intellegitur quamobrem a compluribus criticis pariter doctis et integris et diligentibus probata sit et quare in huius disceptationis altera parte ipsi adiuvandi simus, ut nonnullas ad librum pertinentes quæstiones morales melius cognoscamus : id est personas primas in Gœthiano libro partes agentes, quam-

[1] H. Grimm, *Gœthe, Vorlesungen,* MDCCCLXXXXIX, p. 450.

[2] « *Ein leeres Vermuthen, bei dem nicht einmal eine Befriedigung oberflæchlicher Neugier erreicht wird* ».

vis inter se maxime consentiant, *neque omnino fictas, neque cunctas ex mente atque cogitatione poetæ ortas esse.* Persuasum enim mihi habeo in illis personis aliquid veri esse. Ut solebat, hoc in libro Gœthius personas suas non ita finxit, ut essent quorumdam hominum, quos ipse noverat, simulacra, sed utebatur quodammodo moribus eorum, qui ante oculos versabantur. Cum ita res se habeat, et Minna Herzlieb et fabula de Sancta Ottilia Alsatica et aliæ Gœthii amicæ poetæ fortasse quædam lineamenta præbuerunt, quæ adhibere potuit ad Ottiliæ poeticam personam fingendam. Iure enim Josephus Hillebrand de Ottilia scripsit hæc : « Der Dichter scheint in ihr sein reinstes Ideal weiblicher Persœnlichkeit gezeichnet zu haben. Schon in Strassburg auf dem Ottilienberge gingen ihm die Lichter auf, in denen er diese schœnsten Seelenverhæltnisse malen wollte. In Ottilien sehen wir die natürlich-unbefangene Zutraulichkeit der Sesenheimerin, die ruhig-stille Haltung Lottens, die tief-innige Hingebung der Mignon, die edle Bildung der Prinzessin Leonore, aber vor Allem das, was Keine der Andern hat, die eigenthümlich-tragische Idealitæt des Gemüths[1] ».

Non aliter sentiendum est de Carlotta Stein : nescio enim an poetæ scribenti singulas quasdam res subiecerit, quæ ad ipsam pertinent, sed numquam mulier illa non ignobilis Eduardi uxorem sibimetipsi

[1] *Die deutsche Nationallitteratur im* XVIII. *und* XIX. *Jahrhundert*, II, ed. tertia, MDCCCLXXV, p. 268.

similem agnovisse refertur. Alii quoque ex poëtæ proximis Gœthio sine dubio nonnulla lineamenta inscii præbuerunt ad personas fingendas, quæ in libro, de quo disserimus, secundas partes agebant[1]. Iure igitur, me quidem iudice, Rudolfus Gottschallus de Gœthiano libro hæc scripsit : « Alle Gœthe'schen Leistungen haben damit eine nothwendige Beziehung auf die Gestaltung des Lebens und weisen auch wieder auf die Persœnlichkeit des Dichters zurück... In Bezug auf den Inhalt ist Gœthe ein durchaus subjektiver Dichter... *Die eigene Anschauung* und *das Experiment* war das Princip seiner naturwissenschaftlichen Studien ; *Beides war auch die Grundlage seiner Poesie. Nur das Selbsterlebte wurde ihm bedeutend*... Seine Werke sind das Evangelium des

[1] Cuius rei plurimos testes habemus: Anno MDCCCXL, STEPHANUS SCHÜTZE in « *Weimars Album* », p. 203, de Luciana scripsit : « Wir fanden darin (id est in Gœthiano libro) unser reizendes Fræulein wieder, wie es einem Tischnachbar, der nur *eines* Armes mæchtig ist, vorschneidet ; auch ein langer Architekt mit blühendem Gesicht, von Locken umwallt, und noch mancher andere taucht wieder darin auf : *indess war nach Gœthes Weise nur die œussere Erscheinung zum Grunde gelegt und durch die Wirklichkeit der aufwœrtsstrebenden freien Dichtung kein Zwang angethan* ». Cf. quod Gœthius ipse anno MDCCCIX ad Bettinam scripsit: « Neulich war ein schlanker Architekt von Kassel hier, auf den Du auch magst Eindruck gemacht haben (*22 Februar*). In *Annalibus* quoque legitur de Engelhardo architecto: « Man wollte behaupten, ich habe ihn in früherer Zeit als Musterbild seines Kunstgenossen in den *Wahlverwandtschaften* im Auge gehabt (*Annales*, anno MDCCCXI).

schœnen Lebens, aber nicht der *lebendigen Schœnheit*[1] ».

Quo factum est ut etiam critici clarissimi atque præstantissimi, Henricus Lewes, Adolfus Stahrius, Hermannus Grimm aliique putarent Gœthianum librum nihil esse, nisi confessionem, cum tamen, iis temporibus, quibus opus apparuit, ne familiarissimi quidem poetæ, Knebelius, Riemerus, uxor Fromanni agnoverint imagines illas hominum, quos profecto optime noverant.

Venimus ita sensim ad criticos cura historica vacuos nec quærentes quos homines in animo habuerit Gœthius, cum librum scriberet, a quibus criticis Gœthii opus ut fictio poetica, summa arte composita, iudicatur liberiusque vis eius moralis perpenditur.

[1] RUDOLF GOTTSCHALL, *Die deutsche Nationallitteratur des neunzehnten Jahrhunderts,* editio quarta, I, Vratislaviæ, MDCCCLXXV, p. 145-146.

CAPUT III

QUID NOSTRORUM TEMPORUM CRITICI DE GŒTHIANI LIBRI VIRTUTE MORALI SENSERINT

(Ætas summæ admirationis)

« Er kann alles sagen, Er ist ein Gott! »
(Rahel Levin). [1]

« Der Arzt ist selbst von der Krankheit ergriffen, die er zu heilen vorgibt. »
(A. Baumgartner). [2]

Dum critici quidam, litterarum historiam evolventes, quibus exemplaribus usus Gœthius libri sui personas plerasque informasset expressissetque, inquirebant, alii, opus ipsum inspicientes, quid in illo vel ad delectandos commovendosque animos aptum, vel bonis moribus consentaneum vitæque utile esset, ostendere, atque quid in libro scribendo sibi proposuisset poeta indagare conabantur.

Cum autem, iis temporibus, quibus *Affinitates electivæ* in publicum prodierunt, recentes tragœdiarum a Schillero confectarum laudes Gœthii gloriam aliquantulum obscurassent vocesque eorum, qui Gœthianum librum defendebant, voce publica fere

[1] *Ein Buch des Andenkens für ihre Freunde*, Berolini, MDCCCXXXIV, I, p. 164.

[2] *Der Alte von Weimar*, Friburgi Brisgoviæ, MDCCCLXXXVI, p. 13-14.

repressæ essent, inde a medio sæculo undevicesimo res in contrarium mutatæ sunt. Adversarii magis magisque rariores timidioresque fiunt: dicas cavisse eos ne obstarent laudibus, quibus efferebant Gœthium ii qui maximam poetæ tribuebant admirationem.

Sed hos ipsos laudatores primum inspiciamus.

§ I

DE IIS QUI, NOSTRIS TEMPORIBUS, GŒTHIANI LIBRI DIGNITATEM MORALEM DEFENDERUNT

« Die *Wahlverwandtschaften*, das prosaische *Meisterstuck* seines stilvollen Realismus. »

(GUILELMUS SCHERER). [1]

« Gœthes Auge blieb in seinem hohen Alter ebenso *gœttlich* wie in seiner Jugend. »

(HENRICUS HEINE). [2]

Duo in Germanarum litterarum annalibus quasi veterani, AUGUSTUS KOBERSTEINIUS et G. G. GERVINUS, inter se consentiunt librum, qui *Affinitates electivae* inscribitur, omnibus fere operibus, quæ soluta oratione a Germanis scripta sint, anteponendum esse, sed uterque aliam libri virtutem indicat.

KOBERSTEINIUS

AUGUSTUS KOBERSTEINIUS, qui semper omni ope conatus est ostendere quem locum opus quidque teneat in litterarum historia, existimat Gœthii librum

[1] *Geschichte der deutschen Litteratur*, editio tertia, Berolini, MDCCCLXXXV, p. 681.

[2] *Werke*, Hamburgi, MDCCCLXXVI, III, p. 158.

utile vitæque idoneum esse atque plurimum valere ad legentium animos emendandos. Scribit enim non solum dicendi genere et industria verborum, sed etiam perfecta honestate atque gravibus et exquisitis quæstionibus, de quibus disputatur, Gœthii opus esse optimam speciem et quasi ‚*typum*' fictarum historiarum, quæ quidem ad res domesticas civiumque officia pertinent; quem autem ‚*typum*' nullo umquam recentiore opere æquatum esse putat. « So steht, inquit, dieser Roman *an der Spitze der modernen Socialromane* und ist für alle folgenden in seiner künstlerischen Durchdachtheit *das unerreichbare Vorbild* geworden».[1] Illo celeberrimo Germanico scriptori si confidamus, licet poetæ res fictas scribenti explanare quomodo cupiditates cum legibus et moribus et honestate pugnent; immo *necessaria* fit talis explanatio, ut plane efferatur et in luce ponatur propositum morale, quod profecto est totius operis fons et quasi fundamentum: « Das Urtheil darüber, scripsit, war zwar gleich von Anfang an ein sehr getheiltes, doch stützte sich der Tadel theils auf die Ansicht, dass der Roman dem Fatalismus das Wort rede, theils rührte er *von einer gœnzlichen Verkennung des tiefern sittlichen Gehalts der Dichtung* als eines künstlerisch ausgeführten Ganzen her, worin selbst das zu berühren oder auch eingehender zu behandeln, was in seiner Besonder-

[1] *Geschichte der deutschen Nationallitteratur*, editio quinta, IV, Pars II, Lipsiæ, MDCCCLXXIII, § 143, p. 941.

heit gegen das allgemeine Sittengesetz verstœsst, dem Dichter *zur vollstœndigen Herausbildung und Veranschaulichung der dem Werke zu Grunde gelegten sittlichen Idee nicht allein erlaubt, sondern wohl auch geboten sein kann.* »

Præterea videtur Augustus Kobersteinius sibi persuasum habuisse quæstionem moralem, si quidem de Gœthio agitur, subiciendam esse artis et logicæ præceptis atque legibus, quæ scriptorem cogunt ut omnes consequentias ducat ex illa sententia, quam sibi exponendam proposuit, eamque omnibus rationibus accuratissime illustret.

GERVINUS

Ut Kobersteinius Gœthiani libri præstantiam in vitæ officiis illustrandis *generaliter* indicavit, sic G. G. GERVINUS quid valeret opus ad *nostrorum temporum* homines edocendos in lucem protulit[1]. Hic enim putat Gœthium hoc libro vias novas iniisse, quas *Romantici*, qui quidem eo tempore florebant, in Germanorum litteras aperuerant. Cum vero res ex ipsius scriptoris vita sumptæ additæ sint, existimat Gœthii opus fieri singulare quoddam exemplar generis recentissimi, scilicet fictae narratiunculae, quam quidem recentiores « novellam » appellaverunt[2]. Gervinus autem, melius quam Kobersteinius, in lucem protulit quod Gœthii scribentis propositum fuerit. Statuit enim poeta, germanico critico si credas, nostrorum temporum homines reprehendere, quod

[1] *Geschichte der deutschen Dichtung*, V, editio quinta, Lipsiæ, MDCCCLXXIV, p. 789 sq.

[2] « *Ein Meisterstück der neueren Novellistik* » (p. 790).

parum pareant δαίμονι, qui in iis inest, scilicet voci naturæ : non enim modo sæpius fati monita non intellegunt, sed etiam iis non nunquam obsistunt, sive voluntate, sive officio adducti ; *quare pereunt*[1]. Quæ officii et cupiditatis contentio *toto* libro continetur : Carlotta quidem primum officii præceptis obtemperat ; cum vero admonita sit rebus adversis, amori ac naturæ obsequitur. Ottilia contra naturam primum sequitur, sed postea, calamitate, quæ eius culpa amicorum penatibus allata est, vehementissime commota, se severis officii legibus subiecit, quo quidem modo eas intellegit. Ut autem legentis animus ex tantis perturbationibus reficiatur et conquiescat, Gœthius iucundissime quasdam hortorum rerumque naturæ descriptiones admiscuit.

Difficillime tamen, mea quidem sententia, intellegitur quomodo hæc naturæ cum moribus contentio valeat ad animos eorum, qui Gœthianum librum legant, emendandos. Dicas Gervinum dolere quod homines δαίμονα sequi non possent, neque vero hic criticus accurate pervestigavit quæ sit Gœthiani libri vis ethica.

[1] Die Entfaltung des Satzes : wie die Menschen nicht wissen, *dem Dœmon in sich selbst, der ursprünglichen Stimme der Natur zu folgen*, und ihr mit Warnungen und Hemmungen sich offenbarendes Schicksal zu verstehen, *wie sie ihm vielmehr oft entgegentreten* und mit freier menschlicher Willkür, wohl auch aus Pflichtgefühl zuwiderarbeiten, und wie sie dies ins Verderben zieht, die Verkœrperung dieses Gedankens, sagen wir, ist so leicht durchgeführt... (p. 790).

HETTNERUS

Novam autem diiudicandi rationem protulit HERMANNUS HETTNERUS[1], qui fati *necessitatem* consideravit, quæ proximis criticis summæ fuit curæ quæque mihi ipsi ad Gœthiani operis dignitatem moralem melius cognoscendam maximi erit momenti et ponderis.

Præclarissimus enim sæculi duodevicesimi historicus sibi persuasit libro, qui *Affinitates electivae* inscribitur, rationem atque exemplum antiquarum Græcarum tragœdiarum servatum esse. Dicit non minorem auctoritatem Gœthiano in libro habere fatum quam in Æschyli et Sophoclis fabulis; iam ineunte ficta historia legentem certiorem fieri Eduardi et Ottiliae amorem nulla ratione comprimendum esse. Nectitur, inquit, fabulæ nodus Eduardi cum Carlotta conventu, quo scelus commissum esse sol oriens docere videtur. Germanico historico si credas, pusilli soli atque infirmi pæne critici hanc descriptionem scriptori vitio vertere potuerunt. Quisquis autem operis cuiusdam arte confecti intimam quasi compositionem atque naturam penetraverit, intelleget illam *ipsius artis præceptis postulari*. Quæ artis cura, ut scribit Hettnerus, omnibus virtutis magistrorum præceptionibus longe præstare debet. Gœthiano in libro, inquit, contentio inter matrimonii religionem et naturæ vocem *magis magisque crescit*. Jam neque vivendi præceptorum ars, neque doctorum rhetorum præcepta et leges

[1] *Geschichte der deutschen Litteratur*, III, 2, ed. tertia, Brunsvigæ, MDCCCLXXIX, p. 525-540.

illas cupidines, vinculis solutas reconciliare possunt. Fatalis est tristis eventus (καταστροφή) neque minus necessarius quam in antiqua Græcorum tragœdia. Narrationis exitus ipse, quem Gervinus tam *recenti*, tam ‚*Romantica*' ratione compositum esse iudicavit, maxime Hettnero antiquæ fabulæ memoriam referre videtur. Hæc contentio tragica, inquit, quæ adhuc inter duas partes distributa erat, nunc in animo unius Ottiliæ intima fit. Quæ virgo duabus fatalibus viribus, inter se paribus, circumvenitur et vexatur. Neque opprimere potest Ottilia amorem, quo erga Eduardum inflammatur, neque ignorat officio posci ut tali amori plane renunciet. Huic animi repugnantiæ succumbit, nam

« manet sub pectore vulnus »,

atque is, quem amavit, brevi tempore eam sequetur ad inferos.

Hic, ut ait Hettnerus, *artis necessitatem* invenimus *(eine unerlæssliche Kunstforderung)*, cui progredienti nulla religio, nulla vivendi magistrorum præcepta obsistere possunt : nullum opus gravitate rerum quæ narrantur, subtilitate explicationis, arte explanationis et descriptionis Gœthiano libro præstantius. Attamen addit religione atque molestia quadam affici eos, qui fictam illam historiam legunt. — Quæritur autem quæ sit origo illius religionis, quam Gœthii opus et in animis ingenuis et in mente ipsorum virtutis magistrorum relinquat. Credas forte Hettnerum probaturum esse, hanc religionem oriri ex vi morali, quam libro insitam esse vidimus. Minime

fit ! Ne curat quidem celeberrimus ille rerum Germanicarum scriptor utrum poetae liceat quidquid homines vel agant vel sentiant fato obnoxium esse fingere. Dicit religionem illam oriri modo ex eo, quod prima causa factorum et rerum quæ narrantur tam obscura sit et tam difficilis *(das Dunkle und Peinigende des Grundmotivs)*. Nam, inquit, duæ illæ vires inter se repugnantes, quibus poeta fati antiqui necessitatem tribuisse videtur, non sunt re vera tam fatales quam antiqui tragœdiarum scriptores eas esse rati sunt quamque Gœthius ipse finxit. Nos autem — si duodevicesimi sæculi historicum sequimur — qui nostro tempore arti criticæ studemus, nondum putamus sempiternum vinculum esse matrimonium neque tantam esse firmitatem eius, quanta Gœthiano in libro depingitur, nec homines, ipsos qui voluptatum libidine feruntur, inclinationibus vel amore tam fataliter præcipites impelli atque rapi

« quo fata trahunt ».

Nihil igitur aliud est contentio illa tragica, quæ in Gœthii libro describitur, atque contentio ex arte et ingenio maximi Germanorum poetæ nata. « *Die Tragik der Wahlverwandtschaften*, inquit. *erscheint uns nicht als eine unentrinnbar naturnothwendige, unentrinnbar zwingende, wie sie der Dichter beabsichtigte, sondern nur als eine willkürlich erkünstelte, spitzfindig erklügelte* ».

Cum ita res se habeat, videtur Hettnerus postremo intellexisse fatum tragicum, cui primum præsertim institerat, in *Electivis Affinitatibus* non

esse re ipsa tam necessarium, quam Gœthius putaverit.

Nobis autem, in altera parte libelli nostri, exquirendum erit, nonne Hettnerus ipse Gœthiani libri rationem fatalem fato veteris tragœdiæ nimis æquiparaverit.

DUNZERUS

Inter eos qui, nostris temporibus, Gœthiani libri virtutem moralem prædicaverunt, disciplinæ historicæ adversarium, HENRICUM DUNZERUM, rursus invenimus[1]. Putat enim ille Gœthio æquissimus Aristarchus libri, de quo agitur, leporem et concinnitatem nulla re nisi virtute morali æquari posse. Credit illum librum a nobis postulare ut animi moderatione cupiditates coerceamus, sicut Gœthius ipse animi affectus sæpe coercuerat, sibique persuasum habet Gœthium hoc opere matrimonii religionem defendere, quam poeta ipse, Christianam in matrimonium ducendo, aliquanto ante comprobaverat. Dünzero videtur Mittlerus, quippe qui contendat matrimonium esse et principium et caput et finem vitæ humanitate perpolitæ, scriptoris causam agere; nam Mittleri iudicium confirmatur tristi Ottiliæ morte, culpæ luendæ causa oppetita, qua matrimonii religio clarissime sancitur. « *Bestimmter werden wir als Grundanschauung die Heiligkeit und Unauflœsbarkeit*

[1] V. *Gœthe, Minna Herzlieb und die Wahlverwandtschaften* in *Magazin für die Litteratur des Auslandes*, MDCCCLXX, Nr. 20-21; cf. *Erlœuterungen*, X, *Gœthes Wahlverwandtschaften*, Lipsiæ, MDCCCLXXVIII.

der Ehe bezeichnen dürfen... Gerade die Darstellung, wie in Ottiliens Gemüth das Gefühl der Heiligkeit und Unauflœslichkeit der Ehe urplœtzlich hervorbricht und sie zu sühnender Entsagung drœngt, bildet den Inhalt unserer ganzen Dichtung. »[1]

Quæ renunciandi ratio, in qua Dünzerus tam vehementer institerat, plerisque levioris momenti scriptoribus placuit. Ceteroqui plerique recentiores critici, ne omnes fere dicam, priorum clarissimorum historicorum opiniones sectantur, vel etiam inter se plus æquo imitantur, alii aliorum iudicia ad verbum furantes; complures proximorum scriptorum laudes laudando superant; alii quoque quædam emendant aut locis singularibus utuntur, ut demonstrent, quantum valeant ad legentium animos vel oblectandos vel in melius mutandos. Nonnulli denique operam dant ut aliquid novi in luce ponant, quod alios effugerit.

ROSENKRANZIUS

Ita CAROLUS ROSENKRANZIUS,[2] philosophus ille Magdeburgensis et theologiæ doctor, præcipue commemorat homines tantæ virtutis quanta Gœthiani libri personæ præditæ sint, *etiam vitæ iacturam facere*, ut sustineant rem tanta diligentia et religione observandam, quanta est matrimonii institutum, atque ex eo faciant « principium et fastigium humanitatis »; addit totum opus tragœdiam esse, cuius exitu atroci

[1] *Erlœuterungen*, X, editio secunda, p. 27.

[2] *Gœthe und seine Werke*, Regiomontium, MDCCCXLVII, p. 463 sq.

id consecretur, quod Christiani de matrimonii instituto sentiunt.[1]

Contra Rudolfus Gottschallus[2] non existimat Gœthium sibi finem ad mores spectantem proposuisse. Illi præstantissimo recentium litterarum historico si confidas, Gœthianum opus perlectum moribus atque honestati ita prodesse potest, sicut experimentorum cotidianorum descriptio ; poeta tamen, quidquid Dünzerus eiusque socii de hac re dicunt, nullo modo matrimonii consecrationem et quasi Ἀποθέωσιν efficere voluit. In illa ficta historia lex quædam *'chemica'* imago fit coniunctionum humanarum : eadem fati necessitas, qua res naturæ reguntur, res ipsas humanas gubernare atque legibus suis reconditis et arcanis etiam hominum mentem devincire videtur. Immerito, ut ait Gottschallus, Gervinus in naturæ hortorumque prælongis descriptionibus nihil aliud invenit nisi suavem et iucundam narrationem, poetarum more interpositam ad sedandos legentium animos tanto cupiditatum ardore commotos. Contra, illæ descriptiones maximi sunt momenti et ponderis ; voluit enim Gœthius audaci illa dissimillitudinum coniunctione demonstrare hominem esse naturalium rerum *dominum*, *servum* vero, cum de rebus animi agatur. Quæ germana acerbissimaque ironia toto libro ita continetur ut nullum Gœthii opus clarius patefaciat quid sibi proposuerit poeta.

Gottschallus

[1] Cf. *Ibidem*, p. 463: « *Gœthes keuscheste Feder.* »

[2] *Nationallitteratur des neunzehnten Jahrhunderts*, I, p. 143-145.

Hic enim non de matrimonii instituto agitur, sed de contentionibus quæ in hominum societate oriuntur. Summa arte Gœthius in suo libro has contentiones describit. Semper *poetice* loquitur, numquam *christiane* vel more præceptorum virtutis aut recentiorum Hegelii discipulorum : « *Gœthe denkt immer orphisch, nie christlich, nie sittlich, nie Hegelisch* ». Ne induxit quidem in animum hominum libertatem neque confirmare neque infirmare, sed personas suas, ut Spinozæ discipulum decebat, immutabiles et quasi ‚ *typos* ' finxit.

Constat igitur iam anno MDCCCLIV [1] novam exoriri sententiam, eorum sententiam dico, qui contendunt Gœthium nihil aliud sibi proposuisse nisi legentium animos delectare, sed, illo invito, plurimum eius scripta valere ad legentium mores vel emendandos vel corrumpendos, ea solum de causa, quod omnis fervidior amoris descriptio, ut vita ipsa, multum possit apud omnes qui lecturi sint.

Nobis autem, altera in parte nostra, quærendum erit quibus de causis fieri possit ut vim periculosam atque perniciosam habeat opus, etiam scriptore invito.

GŒDEKUS

CAROLUS GŒDEKUS [2], quasi Tainii nostri celeberrimi discipulus, totum opus iudicat historica ratione. Ei si confidas, oportet eum, qui sibi proposuit de hones-

[1] Rudolfi Gottschalli *Historia litterarum germanicarum* anno MDCCCLIV Vratislaviæ apparuit.

[2] *Gœthes Leben und Schriften*, Stuttgartiæ, MDCCCLXXIV, p. 449-454.

tate et dignitate morali cuiusdam libri iudicare, sæculo undevicesimo ineunte editi, reputare turpitudinem sordesque quorumdam scriptorum æqualium, ut in Iulii Vossii scriptis. Gœdekus autem existimat Gœthium periculosam quidem et inhonestam sane rem tractavisse, sed, eum tractantem *artis*, id est *morum*, præcepta secutum esse *(künstlerisch, d. h. sittlich)*.

Videtur igitur Gœdekus, ut iam Kobersteinius, sibi persuasum habuisse uniuscuiusque operis honestatem subiciendam esse arti, vel potius præcepta moralia non violari posse a scriptore pulchritudinis leges servante honestumque esse quiquid proprie vereque dicitur.

Adversatur Gœdekus Gottschallo, sed cum Dünzero consentit, scribens Mittleri verbis exprimi quæ Gœthius ipse de matrimonii instituto senserit. Cum Rosenkranzio et Dünzero putat argumentum illius libri, quem multi inhonestum habuerunt, in religione matrimonii, honestissimo illo hominum inter homines societatis fundamento, exstructum esse. Videtur Gœthius, Gœdeko si credas, singulari quadam ac poetica animi tranquillitate explicavisse quam facile matrimonium, gradatim solutum, altera coniunctione suppleretur. Putat tamen Gœdekus poetam docuisse ea, quæ in rebus naturæ haud effugienda sint, in hominum coniunctionibus non esse eodem modo necessaria, quia hominibus id contigerit, quod et materiæ et ceteris animalibus desit, id est *libertas*. Perabsurdum igitur sit putare Gœthium rebus huma-

nis eamdem legem fatalem imposuisse, qua rerum naturalium elementa vel attrahuntur, vel repelluntur. Videmus ergo quantum discrepet hæc sententia sive ab Hermanni Hettneri ratione fatali sive a sententiis Henrici Lewes, Adolfi Stahrii et Hermanni Grimm, qui omnes censebant Gœthianum librum ex summo quodam animi motu et dolore vehementissimo exstitisse, non minore quidem illo, ex quo ‚ *Werther* ' exstitisset.

VIEHOFF

HENRICUS VIEHOFF[1] imprimis laudandus est, quod accuratius quam priores critici intellexerit quam gravis in *Affinitatibus electivis* quæstio moralis sit.

Arbitratur enim illius fictæ historiæ scriptorem hominum ingenia ac naturam optime perspexisse. Iis qui libri argumentum et explanationem vituperant Viehoff respondet legem moralem non solum triumphare atque plurimum pollere cum cupiditates voluntate et ratione coercentur, sed etiam ac multo magis commoveri animos eorum, qui librum legant, cum vident eos, qui peccaverunt, cruciatu affici. Vel adulterium illud cogitatione commissum (*jenes ideelle Ehebrechen*), quod tot criticis offensioni fuit maximæ, pudicissime descriptum esse contendit, neque ullo modo versatum esse poetam in obscenis rebus describendis. Quod autem ad fatum pertinet, concedit scriptorem nonnullis ominibus faustis vel sinistris

[1] *Gœthes Leben, Geistesentwicklung und Werke*, editio quarta, Stuttgartiæ, MDCCCXXVII.

atque præsagientium personarum tacita quasi divinatione effecisse ut rebus fortuitis nescio quid necessarium et fato præfinitum tribui videretur, eaque de causa suspicionem moveri, Gœthium eorum sententiam secutum esse, quibus omnia necessitatis legi parere placet. Negat autem Viehoff poetam id *consulto* ita scripsisse: « Verfolgt man aufmerksam die feinen und vielfach verschlungenen Fæden, die das Næchste mit dem Fernsten, das Kleinste mit dem Grœssten verknüpfen, *so überzeugt man sich, dass hier an ein blind wirkendes Fatum nicht zu denken ist.* Gœthe erkannte ein solches selbst in den antiken Tragœdien nicht an » (p. 87).

BIEDERMANNUS

Carolo autem Biedermanno, doctissimo Lipsiensi professori, qui breviter presseque de Gœthiano libro iudicavit,[1] haud dubium est quin homines, qui primas partes in illa ficta historia agunt, iustas persolvant pœnas, cum vi naturæ superentur. « Diesmal, inquit, borgte der Dichter sein Motiv vom Naturforscher : der geheime Zug der Wahlverwandtschaft, der im Reiche der Chemie Verbindungen und Trennungen herbeiführt, soll auch in der Menschenwelt seine unwiderstehliche Gewalt bewæhren. *Die Personen, welche der Macht dieses Naturgesetzes unterliegen, büssen zwar dafür.* » Attamen putat Lipsiensis criticus has personas

[1] *Deutschlands geistige, sittliche und gesellige Zustænde im achtzehnten Jahrhundert*, II, Pars II, 3, Lipsiæ, MDCCCLXXX, p. 1058.

magis opprimi conditionibus vitæ temporibus nostris agendæ, quam peccati luere pœnas : « *Allein sie erscheinen mehr als Opfer der sozialen Verhæltnisse, denn als büssend für eigene Schuld.* »

BERNAYS

BERNAYS, honestissimus ille magister noster, cuius memoria nobis sanctissima est, suis et in publicis prælectionibus et in scriptis, Ottiliæ personam singulari studio defendit ; dicit illis temporibus, quibus Gœthius *Affinitates electivas* scripsit, conformatas iam atque excultas fuisse iuventutis dulces recordationes ac poetam personas suas maturiore arte descripsisse. Immo putat tristitiam quamdam Gœthii opus pervadere atque indicare rationem, ut dicit, ‚ *Romanticam* ', præsertim cum magis et magis ornetur atque illustretur totius libri scribendi genus et explanatio. Dicit hoc quoque opere Gœthium se ipsum voluisse exonerare quasi et arte eximia exornavisse, quæ ipse vidisset atque expertus esset ; cum ita res se habeat, Ottiliæ personam, morum suavitate ac gravitate tam dignam quæ ametur, sumptam quidem esse ex vita ipsa, sed liberrime mutatam : quid dicam , virginem divina quadam honestate atque venustate præditam esse[1], operamque dedisse poetam , ut quam absolutissime vitæ atque animi emendationem et quasi intimam κάθαρσιν perficeret *(die innige wahre Katharsis so rein und vollkommen als mœglich abzuschliessen).*[2]

[1] « *Edel lieblich, ethisch verklært* ». (*Allgemeine deutsche Biographie*, IX, 448). — [2] *Ibidem.*

GUILELMUS SCHERER

Eodem fere modo GUILELMUS SCHERER, cuius auctoritas apud nos mognopere valet, Gervini, Rosenkranzii, Dünzeri, Gottschalli laudationes sequitur.[1] Dicit enim librum de quo disserimus legentium animos religione quasi perfundere atque optimum esse omnium quos soluta oratione scripserit poeta ille miranda elegantia atque veritate abundans, sicut opus quod *Hermannus et Dorothea* inscribitur, optimum esse contendit omnium, quæ versibus composuerit (*das prosaische Meisterstück seines stilvollen Realismus, wie Hermann und Dorothea das poetische ist*). Quod ad vim moralem pertinet, putat Scherer imprimis in libro de matrimonii instituto agi, quo in perpetuum inter se coniungi soleant tales homines, quales poeta finxerit, cum ex Italia revertisset. Dicit Gœthium sane, in libro qui *Guilelmus Meister* inscribitur, leviores finxisse personarum suarum mores, qui duodeviginti sæculi homines iuvarent ; in *Affinitatibus electivis* contra, severioribus temporibus, poetam matrimonii gravitatem atque religionem severius proposuisse ; admodum tragice hoc opere describi quomodo cupiditates cum abstinentia luctentur (*der typische Gegensatz zwischen Begehren und Entsagen*). Putat Scherer non a Mittlero id explanari, quod Gœthius ipse senserit, sed ab Architecto, quippe qui virginem, quam amat, in cœlo sacelli Gothici depinxerit. Dicit Ottiliæ pietatem, amicitia non neglecta, usque ad immolationem et

[1] *Geschichte der deutschen Litteratur*, editio tertia, Berolini, MDCCCLXXXV, p. 681-684.

piaculum procedere: virginem, vitam pro amicis profundentem, ingenio prope divino quasi perfundi atque magis magisque supra res humanas ascendere. Obmutescens et cibo abstinens omni, *tabescit*, ut ait Berolinensis criticus, *morti occumbit*: « *Das Gœttliche durchdringt sie ganz. Der Dichter selbst nennt sie wohl die Himmlische. Stumm und jede Nahrung verschmæhend, schwindet sie dahin. Das Irdische fællt mehr und mehr von ihr ab.* » Divina quadam vi miras res efficit Sanctorum quasi in canonem relata beatissima virgo, piorumque turba consecrat sacellum, summa religione præditum, in quo iacet. Voluit autem poeta perficere ut etiam nos commoveremur talibus rebus et præclarissimæ illius virginis imaginem memoria teneremus, eius virtutem atque modestiam recordantes. Censet igitur Scherer Ottiliæ pietate et patientia et rerum humanarum contemptione legentes ad imitandum incitari posse, neque vero satis aperte nobis explicavit, an matrimonii gravitas atque religio severius propositæ, de quibus dixit initio, ad legentium mores emendandos multum valerent. Quæ enim quæstio, quam incipiens ante oculos habuerat, eius in mente, ut mihi quidem videtur, comprimitur ac deletur quasi splendore rerum quæ narrantur et exeuntis operis mirabili venustate, in quo divinis fere honoribus exornatur Ottilia. Venustatem igitur verborum et sententiarum pluris æstimare videtur præclarissimus Berolinensis professor quam morum honestatem, qualis in Gœthii ficta historia depingitur.

Eodem modo iisdemque fere de causis JOSEPHUS HILLEBRAND Gœthiano libro maximam tribuit admirationem scriptoremque summis laudibus extulit : « *Alles in ihm* [id est in Gœthiano libro] *ist ja darauf gerichtet, das Sittliche in seinem vollen Rechte zu zeigen... Freilich wollte der Dichter keinen Katechismus der Moral schreiben, auch nicht für Kinder dichten, eben so wenig durch einzelne hochmoralische Effektpunkte überraschen. Das Sittliche sollte in seinem Lebensprozesse als die absolute Macht erscheinen, es sollte nicht gelehrt werden, es sollte handelnd auftreten und sich mit der vollen Dialektik seiner Verhœltnisse der Betrachtung darstellen... Der Roman erhebt sich hiermit* [*durch den Triumph des Sittlichen*] *zur Bedeutung einer echt ethischen Tragœdie... Durch das ganze Buch waltet eine durchaus ideale Lebensansicht*[1] ».

HILLEBRAND

Neque vero aliter sensisse videntur plerique ex recentioribus criticis, qui quidem haud ita curaverunt mores emendandos vel res divinas, atque satis superque assuefacti erant obscenis rebus verbisque, quæ quidem tot in recentissimis scriptis reperiuntur.

Omnia enim, quæ ad Gœthianum librum laudandum scripta erant, ita probabantur a criticis alterius undevicesimi sæculi partis, ut THEODORUS HIRSCH, qui nuper admodum non obscuram nec neglegendam

HIRSCH

[1] *Hillebrand, Die deutsche Nationallitteratur im* XVIII. *und* XIX. *Jahrhundert,* II, editio tertia, MDCCCLXXV, p. 265, 266, 267.

litterarum Germanarum historiam edidit[1], scribere potuerit neminem iam dubitare quin poetæ liceat talia tractare talesque describere mores, quales Gœthius in *Electivis Affinitatibus* descripsit.

Cum autem historiarum fictarum scriptori concedatur ut tractet res tam ancipites et lubricas, ei quoque sine ullo dubio permittetur ut accuratissime describat atque explicet res moribus tam periculosas, quales in Gœthiano libro descriptas invenimus.

Vidimus autem, primo in huius disputationis capite, istud ipsum totius operis argumentum plus etiam quam tractandi et explanandi modum, ubi primum Gœthii liber in publicum prodiit, a criticis et Germanis et Francogallis impugnatum esse.

COMPENDIORUM SCRIPTORES

Quicumque tandem summatim germanicarum litterarum historiam scripserunt, vel compendia docendi causa confecta pepigerunt, non multa contulisse videntur ad quæstionem moralem, de qua agitur, solvendam.

Plurimi eorum satis habent, sicut tempora, quibus quisque scripsit, ferebant, Augusti Kobersteinii vel G. G. Gervini, Hermanni Hettneri vel Rudolfi Gottschalli, Caroli Gœdeki vel Henrici Viehoff laudes paucis verbis renovare.

HEINSIUS

Sic THEODORUS HEINSIUS, vir perfecte planeque eruditus, anno MDCCCXLIII nos praecipue admonet in

[1] In opere quod *Geschichte der Weltlitteratur* inscribitur, Pars Quinta, *Geschichte der deutschen Litteratur*, III, Lipsiæ (sine anno).

Affinitatibus electivis explicari quomodo hominum voluntas et libertas naturæ legibus opprimantur.[1]

Biese

Eodem fere tempore Franciscus Biese,[2] vir omni doctrina eruditus, ostendit quomodo, cum in Gœthiano libro cupiditates honestati officioque adversantur, clarissime appareat fatum non esse illam antiquorum Græcorum μοῖραν immotam et exteriorem, sed in ipsis hominum mentibus insidere.

Kurz

Paucis modo verbis Henricus Kurz exponit quid ipse de Gœthiano libro sentiat ; putat enim hanc fictam historiam Gœthii opere, quod *Guilelmus Meister* inscribitur, longe præstare, sed nimis in docendi rationem labi scriptorem atque in materia eligenda omnino erravisse.[3]

Kluge

Hermannus Kluge, Altenburgensis professor, qui libellum scripsit omnibus qui Germanis litteris student gratissimum, dicit illo opere, quod eximia arte scriptum sit, monstrari quomodo vita et honestissima et elegantissima et beatissima disturbetur, ubi morum atque institutorum nostrorum præcepta neglegantur.[4]

Schæfer

Guilelmus Schæfer, in compendio quod a Ger-

[1] *Geschichte der deutschen Litteratur oder der Sprach-Dicht- und Redekunst der Deutschen*, Berolini, MDCCCXLIII, p. 630.

[2] *Handbuch der Geschichte der deutschen National-Litteratur*, Berolini, MDCCCXLVI, p. 482-484.

[3] *Leitfaden zur Geschichte der deutschen Litteratur*, editio quarta, Lipsiæ, MDCCCLXXII, p. 263.

[4] *Geschichte der deutschen National-Litteratur*, editio sexta decima, Altenburgi, MDCCCLXXXV, p. 163.

manis plurimi æstimatur, cum priore scriptore consentit in *Affinitatibus electivis* contentionem describi, quæ profecto nostris temporibus sæpius oritur, id est discordiam inter leges naturæ et leges morales, quas quidem Christiani constituerint.[1]

SCHERR

Dissimili de causa JOHANNES SCHERR, severissimus ille et iustissimus Zurichensis polytechnici professor, iudicat *Affinitates electivas* exemplar esse « quod nullus recentior fictarum historiarum scriptor umquam attigerit[2] » quodque nobis ante oculos ponat quam mirabili arte Gœthius et res naturæ et homines ipsos depinxerit.

MENGE

HERMANNUS MENGE denique, qui de litteris germanicis novum, doctrinæ copia inter ceteros eminentem librum scripsit, dicit Gœthium sumna arte summaque honestate res periculosas ac lubricas tractavisse.[3] Quamobrem hic quoque criticus pulchritudinis atque elegantiæ excusatione omnia, quæ Gœthius scripsit, texisse videtur.

Infra visuri sumus quantum hæc diiudicandi ratio a nostro iudicio discrepet.

FRANCOGALLI CRITICI

Francogallorum critici, nostris quidem temporibus ætatem agentes, librum de quo disserimus magis probant quam sæculo undevicesimo ineunte primas eius gallicas interpretationes laudaverant. Summo

[1] *Grundriss der deutschen Litteratur*, ed. undecima, MDCCCLXX.

[2] *Allgemeine Geschichte der Litteratur*, II, p. 245.

[3] *Geschichte der deutschen Litteratur*, Guelpherbyti, MDCCCLXII, II, § 54.

studio nitorem orationis et venustates narrationis in luce collocant, quæstionem autem moralem attingunt quidem, neque vero explicant.

Inter illos scriptores, qui libri de quo agitur dignitatem moralem defenderunt, imprimis ALFREDUS MEZIERIUS cognoscere studet quantum valeat Gœthii opus ad legentium animos emendandos.[1] Criticus ille Lotharingicus præcipue miratur Gœthii scientiam animi humani cum summa arte elegantiaque scribendi coniunctam. Negat rationem fatalem in *Affinitatibus electivis* tam ineluctabilem esse, quam Hettnerus putaverit : « Les affinités ne se manifestent pas, inquit, comme certaines passions, par des coups foudroyants ; elles se glissent et s'insinuent peu à peu dans l'âme, qui les ignore. » Quæ cum ita sint, ut ait Mezierius, opus nos docere potest quanta animi contentione Gœthius, similia expertus, se ipsum coercuerit. Cupiditas victa est, sed nondum radicitus evulsa. Triumphant officia tandem, sed multa perpessi sunt multaque reformidaverunt ii, qui fere succubuerunt. Ottiliæ continentia et castimonia atque ipsa morte admonemur ut ipsi contineamus cupidines nostras periculumque mature fugiamus. Gœthius sine ullo dubio non morum magister putandus est, attamen *summum locum* tenet inter clarissimos et præstantissimos scriptores qui artem vitæ professi sunt. Nec ideo existimandum

MEZIERIUS

[1] *W. Gœthe, Les œuvres expliquées par la vie*, II, editio secunda, Lutetiæ Parisiorum, MDCCCLXXIII, p. 177-212.

est opus scriptum fuisse ut defenderetur matrimonii institutum vel ‚ sermonem quemdam ' esse, in historiæ fictæ modum compositum, quo poeta connubii religionem nos docere velit. Ea, quæ Gœthiano libro explicantur, ad maius propositum spectant : « L'idée qui se dégage des *Affinités électives* est d'un caractère plus général... Gœthe met ici en évidence *la nécessité de la privation*. Il rappelle la loi qui pèse sur l'homme, qui l'oblige à se modérer, à se contenir, à savoir se priver volontairement de ce qu'il désire le plus, s'il ne veut que sa destinée soit brisée, son bonheur flétri... Gœthe peint ce qu'il voit et ce qu'il sait, il n'enseigne pas ce qu'il faut faire. Sans doute, ce qu'il écrit respire souvent une fierté de pensée, une énergie morale, un dédain des petits soucis de l'existence, un appétit des jouissances les plus nobles *qui peuvent élever et fortifier les âmes* ; mais en même temps que de scènes *tracées d'un pinceau libre, que de peintures voluptueuses éveillent chez le lecteur l'idée épicurienne du plaisir ! Un moraliste n'est pas nécessairement un écrivain moral, un professeur de vertu* ». Si eo modo intelligitur libri de quo agitur virtus moralis, magnam utilitatem nobis afferre potest. Nos enim iubet, dicit Mezierius, si beati esse velimus, egregii poetae exemplum sequi eiusdemque vestigiis ingredi, omnibus in rebus modum aureamque illam ab Horatio laudatam mediocritatem tenentes. Illud, maximi Romani satiricorum carminum scriptoris

« *Est modus in rebus* »

lex et quasi vitæ ‚ norma ' fuit, quam Gœthius sibi imposuerat. Ex quo facilius intellegendum est unde orta sit ingens Germanici poetae auctoritas et virtus egregia. Constat enim eum, qui tali legi pareat, mira quadam scientia percepisse condiciones vitæ nostris quidem temporibus agendæ atque vivendi artem optime cognovisse.

Ab Alfredo Mezierio valde dissentit A. BOSSERT, cum putet Gœthiano libro matrimonii colendi causam agi atque poetam et perlongis Mittleri sermonibus et firmo Carlottæ iudicio et Ottiliæ verecundia proboque animo in lucem protulisse quid de illo instituto senserit. Cum Bossert, idem quod Mezierius fecerat, rationem fatalem, qua Hettnerus utebatur, callide mitiget, criticus ille præstantissimus Francogallus ad Gœthii ipsius sententiam proxime accessisse videtur. « Une sorte de *fatalisme mitigé*, inquit, répand un charme mystérieux sur le récit. Derrière ces rapports sans cesse noués et dénoués, on entrevoit *un de ces problèmes qui ramènent l'homme au dedans de lui-même et lui font pressentir les liens qui l'unissent à l'universalité des choses* ». [1] BOSSERT

FIRMERY,[2] præclarissimus Lugdunensis professor, qui, in libello suo de Gœthio composito, non negat se maxime admirari Ottiliam neque minoris eam æstimare quam ‚ *Mignon* ' vel ‚ *Margaretam* ', moralem tamen quæstionem ne agitat quidem.

[1] *Gœthe et Schiller*, editio secunda, MDCCCLXXXII, p. 390.

[2] *Gœthe*, Lutetiæ Parisiorum, MDCCCLXXXX, p. 171.

LANGE

Denique ALBERTUS LANGE qui, breviter quidem, prudentissime vero, de litteris Germanorum disseruit, *Electivas Affinitates* magni æstimat, quas « unum ex optimis Gœthii scriptis esse » prædicat, sed putat non esse dubium quin « ex eo possit intelligi, quam parvi Gœthius iis temporibus morum præcepta æstimaverit ». Dissentit enim Parisiensis professor a plerisque Germanis criticis cum dicat Gœthium ab anno MDCCCIX sensim honestati morumque præceptis diffisum esse[1] atque, modo defendendis, modo impugnandis legibus moralibus delectatum esse, eadem fere ratione qua nostris temporibus Anatolus France uti solet.[1]

Intelleges autem, in altera libelli nostri parte, etiam in hac opinione aliquid recti inesse.

CONCLUSIO

Vidimus igitur quot præstantissimi et clarissimi recentiorum temporum critici, et Germani et Francogalli, *Electivas Affinitates* laudibus extulerunt, atque quomodo cum iis qui Germanarum litterarum historiam fere creaverunt, illi consenserint, qui tot virorum doctissimorum iudicia et sententias complexi sunt.

Sitne Gœthii liber antiquorum aut recentium scriptorum rationem et viam secutus, sitne compositus ratione fatali extrema an moderata; utrum matri-

[1] « Il est certain que l'on peut y trouver le reflet de l'indifférence qu'il avait à cette époque pour les questions de morale. » (*Tableau de la Littérature allemande*, Lutetiæ Parisiorum, MDCCCLXXXVI, p. 128).

monii institutum defendat an prædicet cupiditates esse coercendas, utrum ad laudandum abstinentiæ vim salutarem an modo ad legentium animos delectandos scriptus sit ; sitne denique ortus ex poetæ animo, qui honestati morumque præceptis diffisus esset, ea omnia a recentissimis criticis explanata et in lucem prolata sunt.

§ II

DE IIS QUI, NOSTRIS TEMPORIBUS, GŒTHIANI LIBRI VIRTUTEM MORALEM IMPUGNAVERUNT

« Je *ælter* Gœthe wurde, desto *undeutscher* wurde er ».
(Ludovicus Tieck).

« C'est ce qu'il a fait de plus *bizarre* et de plus *antifrançais* ».
(Mérimée).

Inter primos Gœthiani libri obtrectatores, qui quidem poeta mortuo exstiterunt, H. Gelzer anno MDCCCXLI iam optime demonstrat quantum periculum moribus afferatur tali libro, quo amor nostrorum temporum legibus atque officii præceptis abhorrens flagrantissimis verbis descriptus sit : « *Es gibt*, inquit, *Gedanken, deren blosses Vorhandensein schon eine Handlung ist und zerstœrend wirkt ; gibt ihnen nun vollends die Dichtung durch ihre Darstellung einen ætherischen Kœrper, so wird die innere Zerstœrung tausendfach fortgepflanzt ; diesem Vorwurf wird man Partien der Wahlverwandtschaften schwerlich entziehen.* » [1] GELZER

[1] *Die deutsche poetische Litteratur*, Lipsiæ, MDCCCXLI, p. 300 ;

VILMAR

Aliter de hac re sentit A. F. CHRIST. VILMAR, qui admiratur quidem artem eximiam, qua compositum sit opus, sed eiusdem virtuti morali diffidit librique exitum maxima vituperatione reprehendit poetæque crimini tribuendum esse putat. Cum enim, mea quidem opinione immerito, existimet certamen a primarum partium personis cum naturæ legibus commissum eorumque abstinentiam in hoc opere sicut *morbum*, libertatem vero maximam naturæque legibus obtemperationem sicut *bonam valetudinem* [1] nobis proponi, contendit illam fictam historiam Germanam humanorum morborum descriptionem esse, in qua, spectandum quasi, venenum in lagœna perlucida exponatur : « *Gœthes Wahlverwandtschaften zeigen das Gift...* sie bieten es uns nur zum Anschauen dar, welches allerdings *mit demselben grausigen Behagen verbunden ist,* mit welchem wir physische Gifte, die in schœngeformte Krystallphiolen gebannt sind, zu betrachten pflegen. Man kœnnte die Wahlverwandtschaften füglich mit dem Opium vergleichen, welches der Greis im Wilhelm Meister als ein Gegengift gegen den Selbstmord bei sich führte. »

Cf. p. 281 : « *Diese sensualistische Richtung, ein Fluch der Litteratur.* »

[1] « Weit auffallender als im Werther und sogar sichtlich hervorgehoben ist hier der Gedanke, dass die Unterordnung unter die Pflicht die *Krankheit*, die Hingebung an die Empfindung die *Gesundheit* sei. » (*Geschichte der deutschen National-Litteratur*, editio nona, Mattii, MDCCCLXII, p. 468).

Plane ab eo dissentit JULIANUS SCHMIDT, qui profecto invehitur in librum de quo agitur, quod et nocens et moribus periculosus sit, atque doceat non minus necessaria esse ea, quæ nascantur ex hominum factis, quam ea, quæ vi naturæ efficiantur : « *In ihnen* [id est in Gœthiano libro], inquit, *spricht sich eine Stimmung aus, düstrer in gewissem Sinn als im Werther... er* [id est is qui legit] *kann nicht umhin, sich die sonst unzulœssige Frage vorzulegen: ist Ottiliens That wirklich freies geniales Ergreifen des waltenden hœhern Gesetzes ? oder ein individuelles Naturspiel, eine Caprice der Natur ?... Das alles führt auf den Verdacht, der Dichter wolle eine Folge sittlicher Acte als einen Naturprocess behandeln.* [1] JULIANUS SCHMIDT

Aliis de causis ROBERTUS KŒNIG liberrime profitetur se *Electivis Affinitatibus* offendi. Imprimis Ottiliæ personam magna vituperatione reprehendit cum dicat et periculosum et indecorum esse virginem in ultima libri parte divinis quasi honoribus affici. « *In ihrer ganzen Erscheinung fehlt die Frische und Jugendlichkeit, die an Lotte Buff so entzückt, und ihre schliessliche Erhebung zu einer Heiligen im Sinne des katholischen Wunderglaubens ist ebenso sittlich wie œsthetisch abstossend.* [2] » KŒNIG

[1] *Geschichte der deutschen Litteratur von Leibniz bis auf unsere Zeit*, IV, Berolini, MDCCCLXXXX, p. 388.

[2] *Deutsche Litteraturgeschichte*, editio secunda, Lipsiæ, MDCCCLXXIX, p. 494.

BAUMGARTNER

Acerrime autem Gœthiani libri virtutem moralem impugnat ALEXANDER BAUMGARTNER. Quamvis enim concedat Gœthium cupiditatibus non tantam vim attribuisse, quanta affinitatibus chemicis insit, horrore summo perfunditur, quod poeta res tam lubricas accuratius descripserit. Dicit enim Gœthii librum non solum, ut omnes fere fictas historias de amore, periculosas cupiditates fervidis descriptionibus excitare et augere, verum etiam legentibus quasi absolutam scelesti amoris disciplinam præbere : « So vorsichtig und wæhlerisch, anscheinend auch keusch Gœthe in seinen Worten und Wendungen auch sein mag, *so frei ist er in seinen Situationen, in der ganzen Entwicklung des Romans. Es ist eine vollstændige Schule ehebrecherischer Liebe*, die, wie im « *Wilhelm Meister* », durch den Zauber der Darstellung auf's Hœchste verlockend dargestellt wird. » [1] Putat autem criticus id ipsum periculosissimum esse, quod semper iusta pravis, ius iniuriæ, falsa veris commixta sint.

Quibus omnibus de causis sibi persuasum habet Alexander Baumgartner ipsa doctrinæ Christianæ fundamenta illo celeberrimo Gœthii opere everti : « Nur das *Schlechte* oder *Halbgute* ist dem Dichter interessant, nur daran verschwendet er seine ganze poetische Darstellungskunst. Für das Gute, das Edle und Erhabene fehlen ihm Gestalten und Far-

[1] *Der Alte von Weimar*, Friburgi Brisgoviæ, MDCCCLXXXVI, p. 14.

ben, Künstlerliebe und Gestaltungssinn... So wird in feinster Weise, auf Schritt und Tritt, *jede christliche Anschauung zerstœrt, unterminirt*, in jenen Gefühlsdusel verflüchtigt, den Gœthe anderwærts für Religion ausgab. »

FRANCOGALLI CRITICI RECENTIORES

Cum plerique Francogalli critici, ut supra diximus, Gœthiani operis venustatem et leporem magni æstimavissent, duos tamen rigidos Catones invenimus, quibus liber, de quo disserimus, sive materia et rebus quæ narrantur, sive tractatione et genere dicendi, periculosus et legenti valde nociturus videtur.

HEINRICH

Primum enim G. A. HEINRICH, doctissimus Lugdunensis olim Decanus, Gœthii opus vehementissime impugnat.[1] Ea ipsa, quæ libro explicantur, male inventa esse putat. Dicit Gœthium valde errare, cum contendit soluto matrimonio solvi posse vehementissimas dubitationes, quibus cruciantur duo homines, quorum amor, longo tempore intermisso, non opprimi potuit; melius sane poetam morum et artis tragœdiarum componendarum præceptis obsecuturum esse, si in historia ficta sua exposuisset quemadmodum virtuti dolor cedere soleat quibusque artibus et rationibus homines, qui pietatem et philosophiam, summam officiorum magistram, colunt,

[1] « C'est à mon sens *la plus contestable* des grandes œuvres de Gœthe » (*Histoire de la Littérature allemande*, III, editio secunda, Lutetiæ Parisiorum, MDCCCXCI, p. 86).

ardentissimis cupiditatibus fortiter repugnare possint. Addit ipsam Gœthiani libri explicationem esse periculosam ; plurimos enim eorum qui legerint sine ullo dubio malle libro ‚ *Affinitates fatales* ' quam ‚ *liberas* ' vel ‚ *electivas Affinitates* ' titulum esse.

Quibus omnibus de causis sibi persuasum habet Francogallus criticus nullo recenti opere magis quam Gœthiano libro adiuvari illam funestam horrendamque doctrinam philosophorum, qui corpoream animo naturam inesse profitentur atque hominum animos sensusque morte extingui docent.

PARMENTIER

Neque aliter JACOBUS PARMENTIER, honestissimus ille et doctissimus Pictaviensis professor, paucis, sed gravissimis verbis Gœthianum librum improbat, cum dicat nullum opus sine castitate verum esse atque verecundiam honestatemque illa ficta historia magis offendi quam libro qui « *Guilelmi Meister Tirocinium* » inscribitur : « *Dieser Roman,* inquit, *ist stellenweise noch anstœssiger als selbst Wilhelm Meisters Lehrjahre* ». [1]

CONCLUSIO

Videmus igitur eamdem inter Francogallorum criticorum opiniones discrepantiam quam antea inter Germanorum iudicum sententias notavimus. Utrimque multos invenimus et qui Gœthii fictam historiam maxime admirantur et qui vehementissime oppugnant. Cum enim criticorum pars matrimonii reli-

[1] *Kurze Geschichte der deutschen Litteratur von einem Franzosen.* Lutetiæ Parisiorum, MDCCCLXXXXIV, p. 196.

gionem et morum integritatem illo libro defendi putarent, alii contra et argumentum ipsum et adhibitam in rebus explanandis rationem acriter vituperant, neque minus ægre ferunt præclarissimum poetam rationem fatalem adhibuisse atque a Germanæ gentis moribus discessisse.

Ut cuncta breviter contraham, mihi quidem videntur critici Gœthiani libri leporem et iucunditatem a virtute morali non satis disiunxisse. Cum enim alii — et sine ullo dubio multo maior pars eorum, qui opus admirantur — ornatissimo dicendi genere et rerum quæ narrantur venustatibus capti, imminentia moribus pericula non videant, alii contra dubitationibus moralibus impediti, totius operis pulchritudinem atque explicationis eximiam artem ignorant.

Nobis igitur in altera libelli nostri parte exquirendum erit num, aut pulchritudinis, aut veritatis causa morum honestas in æstimandis scriptis negligere liceat.

PARS ALTERA

QUID BONI PERICULOSIVE HABEAT GŒTHIANUS LIBER

CAPUT I

QUID GŒTHIUS IPSE IN ANIMO HABUERIT CUM LIBRUM SUUM SCRIPSIT QUIDQUE DE EIUS VIRTUTE MORALI SENSERIT

« Vor dem Verdammen, des Dichters *Absicht* und *Grundidee* erforschen. »
(HERMANNUS LOTZE in *Microcosmo*).

Antequam sententiam nostram de Gœthiani libri virtute morali exponamus, haud inutile nobis quidem videtur, quid sibi scribendo proposuerit poeta quidque de operis sui dignitate morali senserit, paucis verbis quærere.

Gœthii quidem testimonio plane confidere non possumus; sæpius enim videas scriptorem aliud sibi propositum habentem, aliud re ipsa efficientem, cum non dubium sit quin poeta et nolens, et nesciens, et quamvis consiliis honestissimis utens, legentium animos a virtute detorquere possit vel etiam legentibus

prodesse, quamvis eorum mores emendandos minime sibi proposuerit.

Nihilominus tamen Gœthii de sui ipsius opere iudicium iudicio nostro non sine quodam adiumento erit ad cognoscendum quid valeat liber de quo disserimus.

Anquirentibus nobis quid Gœthius de libro suo senserit contingit meliora testimonia habere, quam ea quæ critici tradiderunt, quorum iudicia, quantum inter se discrepent, prima in parte huius libelli experti sumus. At, quemadmodum virorum criticorum, ita Gœthii ipsius iudicia de suo opere minime inter se consentiunt et ratione diversa intelligi atque explicari possunt.

COTTÆ « MORGENBLATT » Sept. MDCCCIX

Ac primum ad nos pervenerunt quædam ipsius scriptoris verba. Quorum prima, quæ quidem servata sint, videntur esse hoc iudicium de suo ipsius opere promittendo, quod pridie Nonas Septembris anni MDCCCIX mandavit « *Actis diurnis* » Cottæ, qui Gœthii opera edenda curabat. « Es scheint, inquit, dass den Verfasser seine fortgesetzten physischen Arbeiten zu dem seltsamen Titel der *Wahlverwandtschaften*[1] veranlassten. Er mochte bemerkt haben, dass man in der Naturlehre sich sehr oft ethischer Gleichnisse bedient, um etwas von dem Kreise menschlichen Wissens weit Entferntes næher heranzubringen; und so hat er auch wohl in einem

[1] Cf. quod p. 9 de Torbernii Olofii Bergmanni Suecici *Opusculis physicis, chemicis et mineralogicis* diximus.

sittlichen Falle eine chemische Gleichnissrede zu ihrem geistigen Ursprunge zurückführen mœgen, um so mehr als doch überall nur die eine und selbe Natur ist, und *auch durch das Reich der heiteren Vernunftfreiheit die Spuren trüber leidenschaftlicher Nothwendigkeit sich unaufhaltsam hindurchziehen,* die nur durch eine hœhere Hand und vielleicht auch nicht in diesem Leben vœllig auszulœschen sind. »[1]

His igitur verbis videtur Gœthius demonstrare voluisse leges, quæ res humanas humanaque consilia regunt, haud alienas esse ab illis legibus, quæ rerum naturam gubernant, atque vim illam necessitatis, cui mundi universitas principiaque rerum subiciuntur, animo quoque nostro eiusque affectibus quodam modo inesse eaque de causa necesse esse, ut principiis obstemus periculumque imminentem mature fugiamus.

Attamen ne nos fugiat scriptorem opus suum, quod in publicum prolaturus erat, illis verbis legentibus commendare voluisse.

Ad Riemerum Dez. mdcccix

Eodem anno exeunte Gœthius ad Riemerum, familiarem suum, de libro suo scripsit hæc : « Der Kampf ist hinter die Szene verlegt, und man sieht,

[1] *Morgenblatt,* mdcccix, Nr. 211. Cf. tamen quod Gœthius de fato dixit :

« Das Unmass hat zuletzt
« Die Herrlichsten dem Uebel ausgesetz,
« Und ohne Zeus und Fatum — spricht mein Mund —
« Ging Agamemnon und Achill zu Grund. »
(*Prolog zur Eræffnung des Berliner Theaters.*)

dass er vorgegangen sein müsse... Der Kampf des Sittlichen eignet sich niemals zu einer æsthetischen Darstellung : denn entweder *siegt* das Sittliche oder es wird *überwunden* ; im ersten Falle weiss man nicht, was und warum es dargestellt worden , im andern ist es schmæhlich, das mitanzusehen. Denn am Ende muss doch irgend ein Moment dem Sinnlichen das Uebergewicht geben, und dieses Moment gibt der Zuschauer gerade nicht zu, sondern verlangt ein noch schlagenderes, das der Dritte immer wieder eludirt, je sittlicher er ist. In solchen Darstellungen muss stets das Sinnliche Herr werden, aber *bestraft* durch das Schicksal, d. h. durch die sittliche Natur, die sich durch den Tod ihre Freiheit salvirt. So muss der Werther sich erschiessen, nachdem er die Sinnlichkeit Herr über sich hat werden lassen, so muss Ottilie *karterieren*[1] und Eduard desgleichen, nachdem sie ihrer Neigund freien Lauf gelassen. *Nun erst feiert das Sittliche seinen Triumph.* »[2]

Ad Reinhardum

Neque aliter eodem fere tempore Gœthius ad amicum Carolum Fredericum Reinhardum de ficta historia sua hæc scripsit : « Das Publikum, besonders das deutsche , ist eine nærrische Karikatur des Demos. Es bildet sich ein, eine Art von Instanz, von Senat auszumachen und im Leben und Lesen dieses oder jenes wegvotiren zu kœnnen, was ihm nicht

[1] Id est *abstinere* quomodo infra p. 77 verbum: *Entbehrung*.

[2] Riemerus, *Mittheilungen über Gœthe*, I, p. 607 sq. Cf. etiam Riemerus, *Briefe von und an Gœthe*, MDCCCXLVI, p. 320; *Aphorismen*, p. 323.

gefællt. Dagegen ist kein Mittel als ein stilles Ausharren; *wie ich mich denn auch auf die Wirkung freue, welche dieser Roman in ein paar Jahren auf manchen beim Wiederlesen machen wird.* Wenn ungeachtet alles Tadelns und Geschreis das, was das Büchlein enthælt, als ein unverænderliches Faktum vor der Einbildung steht, wenn man sieht, dass man mit allem Willen und Widerwillen daran doch nichts ændert, so læsst man sich in der Fabel zuletzt auch so ein apprehensives Wunderkind gefallen, wie man sich in der Geschichte die Hinrichtung eines alten Kœnigs und die Krœnung eines neuen Kaisers gefallen læsst. Das Gedichtete behauptet sein Recht wie das Geschehene. »[1]

Quæ cum ita sint, si Gœthio credas, liber de quo disserimus ad mores emendandos spectare videtur.[2] Mementote tamen Germanum poetam etiam his verbis libri sui causam contra adversarios obtrectatoresque agere.

Nunc si alio poetæ testimonio, ANNALIBUS scilicet, ANNALES

[1] Cf. etiam quæ REINHARDUS in epistulis ad Gœthium de fato in nostra ficta historia scripsit (*Briefwechsel*, p. 68); v. tandem quod Gœthius dixit de carmine, quod *Pandora* inscribitur: « Pandora, *sowohl als die Wahlverwandtschaften*, drücken das schmerzliche Gefühl der *Entbehrung* aus und konnten also neben einander gar wohl gedeihen. (In ‚*Annalibus*', anno MDCCCVII; *Gœthe's Werke*, editio Hempel, XXVII, p. 177).

[2] V. etiam de illo poetæ proposito morali quod anno MDCCCXXI ad ZAUPERUM scripsit: « Der wahre Dichter trachtet darnach, *als verkappter Bussprediger* das verderbliche der That, das Gefæhrliche der Gesinnung an den Folgen nachzuweisen (9 nov. MDCCCXXI).

utemur, Gœthium habebimus profitentem opus suum non ex proposito quodam morali sed potius ex ipsius animi perturbationibus ortum esse. Die quinto ante Nonas Octobris MDCCCIX liberatus sum, inquit, ab illo opere, neque vero a molestiis ac perturbationibus animi, quibus me argumentum eius afficit. [1] Dicit penitus animo insitum esse id, quod explicavit ; [2] contineri opere gravissimum animi vulnus, quod vereatur, ne ipsum sarciatur et ad cicatricem veniat, animum qui timeat, ne ipse convalescat et resipiscat. [3]

AD BETTINAM

Ad BETTINAM autem scribit Gœthius, se ipsum fortuna hominum, quos in libro suo finxit, vehementissime commotum esse, et in ficta historia sua, ut in urna cineraria [4], memoriam multarum lacrimarum inclusisse, quas effudit.

AD BOISSERÉE

Nihilo aliter anno MDCCCXV (a. d. III. Non. Oct.) poeta SULPICIO BOISSERÉE, carissimo suo amico, profitetur quantopere Ottiliam amet et quantos dolores ipsi opus attulerit [5]. Atque, cum PFUND quidam Min-

[1] Der dritte Oktober befreite mich von dem Werk, ohne dass die Empfindung des Inhalts sich ganz hætte verlieren kœnnen. *Annales*, anno MDCCCIX, editio Hempel, XXVII, p. 187).

[2] Der Stoff war *allzu bedeutend und zu tief in mir gewurzelt*, als dass ich ihn auf eine so leichte Weise hætte beseitigen kœnnen. (*Ibidem*, MDCCCVII).

[3] Niemand verkennt an diesem Roman *eine tiefleidenschaftliche Wunde, die im Heilen sich zu schliessen scheut, ein Herz, das zu genesen fürchtet.* (*Tages-und Jareshefte*, MDCCCIX).

[4] « *Wie in einer Grabesurne.* »

[5] « Er sprach von seinem Verhæltniss zu Ottilien, scribit BOIS-

nam Herzlieb in matrimonium ducendam sibi proposuisset, Gœthius familiari suo ZELTERO fateri non dubitat, quantum puellam amaverit : « Seine Braut, inquit, fing ich an als Kind von acht Jahren zu lieben und in ihrem sechszehnten *liebte ich sie mehr wie billig.* »

Etiam in SERMONIBUS CUM ECKERMANNO Gœthius bis asserit, se nihil in libro suo scripsisse, quod non ipse expertus sit[1]. Attamen paulo post addidisse refertur nullam paginam ita permansisse, qualem expertus sit ipse[2].

EPISTULÆ AD ZELTERUM MDCCCXIII

Alias tamen Gœthius libri de quo agitur vim ethicam alio modo confirmare videtur. Dicit enim in suis epistulis ad ZELTERUM[3] totius operis propositum ac quasi materiem nihil nisi Dei Judæorum ad Mosem mandatum sextum esse : « *Non mœchaberis*[4] », vel brevius Domini nostri Jesu Christi de eodem mandato commentarium in *Evangelio secundum Mat-*

SERÉE, *wie er sie lieb gehabt* und wie sie ihn unglücklich gemacht. Er wurde zuletzt fast ræthselhaft ahnungsvoll in seinen Reden (BOISSERÉE, *Tagebuch*, I, p. 289 ; a. d. III. Non. Oct. MDCCCXV).

[1] I. « Es ist in den *Wahlverwandtschaften* überall keine Zeile, die *ich nicht selber erlebt hætte*, und es steckt darin mehr, als irgend jemand bei einmaligem Lesen aufzunehmen imstande wære » (*Montag den 9. Februar* MDCCCXXIX).

II. « Von seinen *Wahlverwandtschaften*, Eckermannus inquit, sagt er, dass darin *kein Strich* enthalten, der nicht erlebt worden. » (*Mittwoch den 17. Februar* MDCCCXXX).

[2] ... « Aber *kein Strich* so, wie er erlebt worden. » (*Ibidem*).

[3] *Brief vom 15ten Januar*, MDCCCXIII.

[4] BIBLIA SACRA, *Liber Exodi*, Cap. XX, *v.* 14.

thœum : « Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo[1]. »

Ne tamen nos fugiat annis MDCCCIX-MDCCCXIII permultos criticos Gœthiani libri et honestatem et virtutem moralem semel atque iterum in dubium vocavisse scriptoremque sine dubio in animo habuisse etiam hic causam operis tam acriter, tam iniuste in peius diiudicati agere. Nam in Sermonibus cum Eckermanno nihil pæne refert de illo proposito morali. Huic enim Gœthii familiarissimo si credas, poeta ipse exclamavit : « Das einzige Produkt von *grœsserm* Umfang, wo ich mir bewusst bin nach Darstellung einer durchgreifenden Idee gearbeitet zu haben, wæren etwa meine *Wahlverwandtschaften*[2] » ; at statim addidit : « Der Roman ist dadurch für den Verstand fasslich geworden ; aber ich will nicht sagen, dass er dadurch *besser* geworden wære ! Vielmehr bin ich der Meinung : *je inkommensurabler und für den Verstand unfasslicher* eine poetische Produktion, desto besser[3]. »

Quæ autem sit hæc « species » quam intuens in eaque defixus Gœthius fictam suam historiam scripserit, non constat.

[1] *Novi Testamenti* translatio quæ dicitur VULGATA, *Evangelium secundum Matthœum*, Cap. V., *v.* 28.

[2] *Gesprœche mit Gœthe in den letzten Jahren seines Lebens von Johann Peter Eckermann*, 6. Mai MDCCCXXVII, editio Gustav Moldenhauer, III, p. 122.

[3] *Ibidem*, p. 123.

Quid Gœthius ipse de matrimonio senserit

Quod nobis de Gœthii ipsius sententia de matrimonii instituto pro certo habendum est, rem, de qua disserimus, non minus dubiam relinquit quam priorum poetæ verborum et iudiciorum varietas atque mobilitas.

Nam, nobis si licebit in Gœthii vitam moresque inquirere, virum inveniemus qui, per multos annos, matrimonium numquam, nisi ad illud fugiendum, cogitasse videtur quique non nisi iam annis septem et quinquaginta maior filioque suo duodeviginti fere annos nato, amicam suam Christianam in matrimonium duxit. Eckermanno tamen si credere debeamus, Gœthius non probavit, matrimonio dissoluto aut violato, vincula, firmandæ societatis causa sacra confecta, vel dirumpi vel dissolvi.[1] Quid dico, coniuges irridet, qui sibi proposuerunt ut nuptias rumperent.[2] Ipse expresse amico suo Eckermanno dixisse refertur, defunctum Dresdensem oratorem Reinhar-

[1] Cf. quod G. A. Heinrich de hac re scripsit: « Gœthe veut-il donc attaquer le mariage, et les *Affinités électives* sont-elles une sorte de préface aux réquisitoires passionnés de l'auteur d'*Indiana* et de *Valentine*? Rien ne serait moins exact que de faire de Gœthe un précurseur de George Sand... *La date même de la publication des Affinités, postérieure à l'influence salutaire de Schiller et au mariage de Gœthe, suffit à réfuter cette imputation.* (III, p. 87).

[2] Wir kamen sodann auf die *Wahlverwandtschaften* zu reden, und Gœthe erzæhlte mir von einem durchreisenden Englænder, der sich scheiden lassen wolle, wenn er nach England zurükkæme. *Er lachte über solche Thorheit* und erwæhnte mehrere Beispiele von Geschiedenen, die nachher doch nicht hætten voneinander lassen kœnnen. (*Eckermanns Gespræche mit Gœthe, Dienstag den 30. Mærz* MDCCCXXIV, editio Gustav Moldenhauer, I, p. 108).

dum[1] saepius miratum esse poetam, qui omnibus aliis in rebus tam facilem, tam indulgentem se præberet, cum de matrimonio ageretur, tam severam disciplinam atque quasi vitæ normam sequi.[2]

Quæ omnia testimonia, nisi plane comprobant Gœthium sibi ab initio propositum habuisse ut libro suo matrimonii institutum contra adversarios obtrectatoresque defenderet, nobis tamen planum facere videntur poetam sine dubio in animo non habuisse ut legentibus divortium commendaret.[3]

Ad unum eumdemque finem unamque et eamdem conclusionem disceptatio nostra de Gœthiani libri materia et tenore ducenda est.

[1] F. V. REINHARDUS anno MDCCCXII diem supremum obiit.

[2] « Der selige Reinhard in Dresden », sagte er, « wunderte sich oft über mich, dass ich in Bezug auf die Ehe *so strenge Grundsætze* habe, wæhrend ich doch in allen übrigen Dingen *so læsslich* denke. » (*Ibidem*). Cf. in Riemeri libro qui « *Mittheilungen* » inscribitur hæc verba: « Gœthes poetische Tendenz geht überall auf das *Schœne* und auf das *Sittliche* ». (*Mittheilungen*, I, 72).

[3] Cf. tandem Gœthii ipsius ad MÜLLERUM verba: « Ich habe *nie in meinem Leben* mich gegen den übermæchtigen Strom der Menge oder des herrschenden Princips in feindliche, nutzlose Opposition stellen mœgen; lieber habe ich mich in mein eigenes Schneckenhaus zurückgezogen und da nach Belieben gehauset. » (*Gœthe, Unterredungen mit Kanzler Müller*).

CAPUT II

QUID IN GŒTHIANI LIBRI MATERIA ET REBUS UTILE ET VITÆ IDONEUM SIT

« Nur im Leiden empfinden wir recht vollkommen alle die grossen Eigenschaften, die nœthig sind, um es zu ertragen. »

(*Aff. elect.* II, XVI).

Aut materia et toto operis tenore, aut ipsa materiæ tractatione et iis quæ operi annectuntur et quasi assuuntur, aut denique dicendi genere legentibus nocere ficta historia potest.

Librum autem qui *Affinitates electivæ* inscribitur consideranti et cum quadam æquitate æstimanti primum perpendendum esse visum est an quid vel nocens et periculosum vel potius utile et vitæ idoneum in materia ipsa totoque operis tenore esset.

DE GŒTHIANI LIBRI TENORE

Quamvis enim non sine magna libertate et audacia excogitata inventaque videatur hæc materia, nihil tamen in ea reperias nisi quod vel rigidi Catones legere possint. Rigidos Catones dico: neque enim pueris vel adulescentibus ipsis compositus est hic liber, sed iis qui, ætate iam animoque virili, iisdem ac Gœthiani libri personæ periculis aut usi sunt aut uti potuerunt.[1] Ætati cuique, ut dispar est

[1] Cf. quod Gœthius ipse de Ottilia scripsit: « *Das gute reine Kind sollte ein solches Beispiel* (id est comitis et baronissæ) *so früh nicht gewahr werden.* (*Aff. elect.* I, IX).

natura variique mores, sic et dissimiles libri legendi: hic liber, in quo sunt omnia et casta et decentia et utilia, pueris adulescentulisque conveniet; ille, in quo audacior spiritus et liberior materia tractatur, adultis ac majore iam parte vitæ functis hominibus reservandus erit.

Quæ cum ita sint, si materiæ explanationem explicationemque et libri partes omittas, quibus nimiam cupiditatum vim descriptam invenies, non equidem video quid mali periculique tenore ipso Gœthiani libri, qui *Affinitates electivæ* inscribitur, inesse possit, dummodo a maturis animo usuque edoctis hominibus tantum legatur.[1] Etenim, iis quæ operis corpori annectuntur naturæque perlongis descriptionibus omissis, haec est fere libri, de quo disserimus, materia atque hic tenor.

Vir quidam unaque uxor ejus, cum ad id vitæ tempus, in quo sedata mens nec iam cupiditatibus obnoxia esse solet, pervenissent, fortunati in pulcherrimo prædio suo, sua si bona nossent, vitam

[1] Cf. quod Gœthius ipse de suis libris dixit: « Meine Sachen kœnnen nicht populær werden; wer daran denkt und dafür strebt, ist in einem Irrthum. *Sie sind nicht für die Masse geschrieben, sondern nur für einzelne Menschen*, die etwas Æhnliches wollen und suchen und die in æhnlichen Richtungen begriffen sind. » (*Eckermanni Sermones*, MDCCCXXVIII (11. Okt. ed. Moldenhauer, II, 25). Atque Gœthii amicus addit: « Ja, Gœthe hat recht... Seine Werke sind im ganzen für betrachtende Naturen, die in die Tiefen der Welt und Menschheit zu dringen wünschen und seinen Pfaden nachgehen. (*Ibidem*, p. 26).

degere beatam atque re rustica frui potuissent. Sed, dum felicis vitæ illis minima cura, sponte sua miseri ad infortunium properant, quippe qui futurarum calamitatum alienos auctores domum ipsi non dico accipiant, sed fato nescio quo inducant. O pectora hominum cæca! o miseras mentes ! Cum hoc periculum a penatibus suis avertere neglexerint, nihil iam nisi dolor et cruciatus in vita ipsis occurret. Et, quod miserrimum est, omnium malorum suorum causa in ipsis.

Non mihi quidem satis apparet cur talem e cotidiana vita sumptam materiam respuere et procul a se arcere scriptor debeat, præsertim cum sine ullo virtutis integritatisque detrimento amplificari possit [1].

Quod quidem *prudens* Gœthius fecit : non enim casu aut fortuita causa Eduardi uxorisque Carlottæ domum duæ alienæ personæ intrant ; has illi *scientes volentesque* ad se arcessunt et in penates alliciunt. Carlotta enim, marito magis perspicax vitæque peritior, haud ignorat discordiam inter virum uxoremque oriri sæpius solere, si modo supervene-

[1] Immo iure mihi quidem JOSEPHUS HILLEBRAND scripsisse videtur : « Man klagt über das Unsittliche, über Mangel an moralischem Ernste, über die ruhig-langsame Entfaltung... Zunæchst muss man sich nun freilich wundern, wie die sittenrichterliche Kritik hier übersehen mag, *dass das Sittliche gerade die wesentlichste Substanz des Buches ausmacht.* » *(Die deutsche Nationallitteratur im* XVIII. *und* XIX. *Jahrhundert,* II, p. 265).

rit alienus;[1] quid dico non ignorat? immo vero maritum rei certiorem facit.[2]

Uterque igitur, haud ignari, *propria voluntate* ad periculum properant. Ah! si Eduardi mens non læva fuisset, si turbato cupiditatibusque obnoxio animo non indulsisset, si Carlottæ salutaribus consiliis non surdas aures præbuisset, si libidini frenum imposuisset, Eduardi et Carlottæ non immutaretur fortuna nec mala ex bona fieret.

Cum igitur causa mali tanti, non fatum nescio quod, sed Eduardi turbata mens libidoque, mihi videtur Gœthius hoc ipso legentium mentes a libidine avertere et ad sapientiam impellere voluisse. Quamobrem nequaquam vituperandus aut obtrectatione dignus, sed contra magno opere laudandus vel sevèrissimis iudicibus appareat poeta necesse est.

Sane fictæ huius historiæ scriptor præcipuas hac in re partes non priore matrimonio mutuoque ad hunc diem amore coniunctis personis, sed liberis nulloque priore connubii vinculo impeditis iuvenibus mandare potuisset. Cum enim iam vir et femina diu vixerint mutua caritate et invicem se anteponendo, credas vincula, quibus coniunguntur, hinc iam æterna esse debere nec ullo modo aut ulla vi rumpi posse.

[1] V. Carlottæ ipsius ad Eduardum verba : « Nichts ist bedeutender in jedem Zustande, als *die Dazwischenkunft eines Dritten.* » (I, 1).

[2] *Ibidem* : « Ich habe Freunde gesehen, Geschwister, Liebende, Gatten, deren Verhæltniss durch den zufælligen oder gewæhlten Hinzutritt einer neuen Person ganz und gar verændert, deren Lage vœllig umgekehrt wurde.

Neque immerito scripsit celeberrima mulier Anna Ludovica de Staël in ficta historia quæ *Corinna* inscribitur : « Ce n'est pas le premier amour qui est ineffaçable, car il vient seulement du besoin d'aimer; c'est celui qui naît quand on a l'expérience de la vie. » Sed, si Gœthius hac re peccavit, illum humanæ naturæ ignoratæ crimine premamus, minime autem librum eius ut periculosum et legentibus nociturum reprehendere velimus.

Si nunc Ottiliam Eduardus, Centurio Carlottam eligit, quam amet, cur Gœthium sine modo incusaret, cur librum totum legentibus nocuum et periculosum clamitaret nimis rigidus iudex ? Quidquid mali accidit, Eduardi et Carlottæ culpa accidit ; desinant tandem fortunam accusare ; se ipsi perdiderunt ; tu, Eduarde, nimium pervicax fuisti et uxor tua nimiæ pervicacitati tuæ cedere non debuit. Ubi primum cupiditatibus libidinique laxas permiseris habenas, tunc animus depravatur moresque corrumpuntur, tunc amor malumque irrepit ; servus es nec iam dominus.

Quod si autem Germanorum celeberrimus poeta probare voluit, amori numquam fere resisti posse, cum *semel* imprudentia lapsus feceris vel *primum* a recta via discesseris, non hoc quidem illi crimini, ut sæpius factum est, sed potius laudi tribuendum puto.

Nonne enim amoris vim et periculum legentium animis non obscure significari satius est quam stulte dissimulari ? Hoc te monitum scriptor voluit, candide

lector, omnia amore vinci et amoris violentiæ semper fere cedere homines. Tu igitur monitus pro tua virili portione insanum amorem fugies, et, si tibi quietis dignitatisque cura ulla tuæ, homines, qui tibi nefastum afferre amorem possent, diligenter vitabis. Tu velim in rebus adversis animo forti sis tibique ita persuadeas, præter culpam et peccatum hominibus accidere nihil posse, quod sit malum aut pertimescendum, sed ante omnia periculum mature tibi fugiendum esse, ne ipse culpæ succumbas.[1] Commonere videtur Gœthii liber flammam, ut ait Plautus in *Curculione*, fumo proximam esse[2], quique malum evitare cupiat, ei vitandam prius occasionem. Quomodo enim fumus est indicium flammæ mox erupturæ, ita cupiditas nimia calamitatis. Nam, ut ait Des. Erasmus Roterodamus, vir ille rerum divinarum maxime instructus, « qui cum puella cubare nolit, ne det osculum[3]. »

Quod quidem in *Affinitatibus electivis* Gœthius manifestum fecit; nonne hoc legentibus utile vitæque idoneum ?

Si nunc quis fuerit huius fictæ historiæ finis scire

[1] Cf. supra PARS II, *Caput* I, quod Gœthius de suo ipsius opere promittendo scripsit.

[2] Cf. Plauti adagium in *Curculione* :

« Flamma fumo est proxima ».

Etiam illud protinus addit poeta :

« Fumo comburi nihil potest, flamma potest ».

[3] In nostra pulcherrima et rarissima *Adagiorum* ROBERTI STEPHANI editione ex anno MDLVIII, Chiliadis primæ centuria quinta, p. 162.

velis, videbis sane ea quæ rerum necessitate accidere debebant, accidisse : nam vincit quodam modo amor atque ob eam victoriam divina humanaque vincula, quibus inter se Carlotta et Eduardus iungebantur, morte abrumpuntur.

Attamen ne in hoc quidem vel levissime Gœthius reprehendendus. Peccavere enim et Carlotta et Eduardus, multum peccavere ideoque iustam meruere pœnam ; severa igitur pœna *nocentes* afficiuntur, sive hoc melius legentique utilius, sive ad animos alliciendos aptius Gœthius putavit. Atque iure, ut nobis quidem videtur, durius plectitur Eduardus : maiore enim quam Carlotta dolore afficitur ideoque nos magis infortunia eius lædunt : optatis frui non licet, omnia eius animo repugnant, amori satisfacere non potest, et summis sine fine dilaceratur cruciatibus. « *Er sehnte sich nach dem Untergang,* weil ihm das Dasein unertræglich zu werden drohte ; ja, es war ihm ein Trost zu denken, *dass er nicht mehr sein werde* » (I, XVIII). Nec requies dolori datur ulla suo ; quapropter et fata et semetipsum semper incusat, nam quæ amat mulier perit et ipsius culpa perit. « Wollten wir uns der Hoffnung überlassen, exclamat ipse, ... so wære dies ein stræflicher Selbstbetrug... wie sollte ich mich trœsten kœnnen, da ich unschuldig die Schuld an allem bin » (II, XVI). Non igitur vitio corporis, sed animi mœrore et desperatione conficitur : « sein gegenwærtiger Schmerz schien ihn gegen alles gleichgültig gemacht zu haben... *Eduards Zustand war zu bejammern...*

es ward ihm deutlich, es ward ihm gewiss, dass er das Glück seines Lebens *für immer* verloren habe... Er lebte nur vor sich hin, er schien keine Thrænen mehr zu haben, keines Schmerzes weiter fæhig zu sein... Ach ! sagte er einmal zu dem Major, der ihm wenig von der Seite kam, *was bin ich unglücklich* !... Was ihr *Seligkeit* gewesen, wird mir *Pein ; ...* Ich fühle wohl, Bester, es gehœrt Genie zu allem, auch zum Mærtyrerthum » (II, XVI).

Ottilia contra, quæ malum minus videt et ob eam causam nullo fere modo reprehendi potest, pie fato cedit. Dolet et ipsa, haud diffiteor, sed hoc ipso consolatur quod miseram sortem æquo volentique animo tolerat. « Durch ihre *Reue*, durch ihren *Entschluss* fühlte sie sich auch *befreit von der Last jenes Vergehens, jenes Missgeschicks*. Sie bedurfte keiner Gewalt mehr über sich selbst ; sie hatte sich in der Tiefe ihres Herzens nur unter der Bedingung des vœlligen Entsagens verziehen... » (II, XV). Quare *iure* mortuam eam in fortunatorum numerum Gœthius reposuit, quibus Summus Iudex pepercit.

Carlotta denique, quæ tantummodo facili debilique animo erga Eduardum fuit, quæ libidinis illecebris sua parte restitit, neque talibus doloribus afficitur neque morti occumbit ; miseram tamen hinc iam vivet vitam neque omnino commune malum vitat.

Nihil igitur, in Gœthiani libri materia et tenore, nisi immerito, ut bonis moribus contrarium reprehensum est. Quod vel operis rigidus censor, Alexan-

der Baumgartner intellexit cum dicat : « Was die Fabel selbst in ihren Hauptumrissen betrifft, so ist dieser Vorwurf der Immoralitæt *gewiss unbegründet*. Sie zeigt, wie ein æusserlich glückliches Familienleben durch Mangel an tieferer innerer Bildung, durch leichtsinniges Spielen mit der sittlichen Gefahr, blinde Hingabe an die Leidenschaft, Halbheit in deren Bekæmpfung langsam unterwühlt wird, endlich zusammenbricht und diejenigen mit in den Untergang zieht, die sich mehr oder weniger schuldvoll jenem thœrichten Spiel überlassen haben. Schon der geistige Ehebruch wird von Eduard selbst als Verbrechen gebrandmarkt... In ihrem [id est Ottiliæ] und Eduards Untergang wird der poetischen Gerechtigkeit einigermassen Genüge geleistet. *Die Fabel an sich rechtfertigt desshalb die Vorwürfe nicht, welche gegen die Moralitæt des Romans erhoben worden sind.* »[1]

DE GŒTHIANI LIBRI PRÆCIPUA SENTENTIA VEL PRÆCIPUIS SENTENTIIS

Præcipua vero *sententia*,[2] quæ ex huius fictæ historiæ, vel potius utriusque libri partis lectione ducitur, ad legentis animum meliorem faciendum aptissima.

PRIORIS LIBRI PARTIS PROPOSITUM

Quæ autem est præcipua illa sententia, quæ priore operis parte confirmatur, nisi concordes esse leges, quibus corpora reguntur, cum legibus quibus obnoxii sunt hominum animi ? Quod enim satis

[1] ALEXANDER BAUMGARTNER, *Der Alte von Weimar*, Friburgi Brisgoviæ, MDCCCLXXXVI, p. 12-13.

[2] His verbis utimur ut nostrum « *idée directrice* » exprimamus.

declarat ipse operis titulus (sæpius enim titulo librorum indicatur quæ fuerit scribentium mens). Iure igitur Gottschallus hæc scripsit : « Wie Gœthes ganze Naturbetrachtung sich an das mit Klarheit erkannte Phænomen anlehnte, so machte er diese Anschauungsweise auch in menschlichen Verhältnissen geltend. In den *Wahlverwandtschaften* aber parallelisirte er beides ; das chemische Gesetz wurde ihm *ein Symbol menschlicher Beziehungen*, oder vielmehr, die Einheit jener orphischen Naturnothwendigkeit sah er wie eine dæmonische Macht mit magischem Zug durch Natur und Menschenleben hindurchgehn und den freien Beherrscher der Natur, der sie sonst zu seinen Diensten umschafft, auch wieder in unheimlicher Weise von ihrem verborgen waltenden Gesetze beherrscht ».[1] Hoc enim loco non tantummodo σύμβολον (ut græco verbo utar), sed *affinitas* et quodam modo *analogia mera* invenitur.

Quod autem Gœthius hanc affinitatem analogiamque in libro suo nobis manifestam reddiderit, non ideo eum vel in verum, vel in mores peccasse opinor.

Si, quia affines essent huius intimi dramatis personæ, ob id ipsum agendi, volendi, iudicandi facultatem quoque perderent, esset legentibus *periculosus* liber, quod ad mores pertinet, atque, mea quidem opinione, *falsus*, quod ad animi picturam spectat.

[1] In libro qui inscribitur : « *Deutsche Nationallitteratur des neunzehnten Jahrhunderts*, editio quarta, MDCCCLXXV, I, p. 143.

Qui igitur Gœthianum librum acerrima insectatione aggressi sunt, haud immerito dixerunt non sine magno periculo legentibus persuaderi posse, homines rigidis ineluctabilibusque fatis ludibria esse nullamque ideo a nobis nostrorum dictorum præsertimque factorum exigi rationem posse ; nam, libertate sublata, tollitur regula morum ignarusque libertatis huc et illuc iactatur homo.

Non vero in ficta Gœthii historia ita sese res habent. Ut iam supra demonstravimus, si Eduardus et Carlotta peccant, scientes peccant. Immo Carlotta ipsa amicis : « *Aber der Mensch,* inquit, *ist doch um so manche Stufe über jene Elemente erhœht*, und wenn er hier mit den schœnen Worten Wahl und Wahlverwandtschaft etwas freigebig gewesen, so thut er wohl, wieder in sich selbst zurückzukehren und den Werth solcher Ausdrücke bei diesem Anlass recht zu bedenken » (I, IV). Nec aliter ipse Eduardus Centurioni amicissimo : « *Ich weiss recht gut,* inquit, *dass alles in der Welt ankommt auf einen festen Entschluss* » (I, VI). Atque in rebus adversis Mittlerus exclamat : « Der Mensch ist *von Hause aus thœtig* und wenn man ihm zu gebieten versteht, so fæhrt er gleich dahinter her, handelt und richtet aus » (II, XVIII).

Quidquid igitur unusquisque personarum primas in Gœthiano libro partes agentium facit, suæ ipsius naturæ consuetudinique convenienter facit. Scilicet *in Eduardi animo residet,* ut sic dixerim, *fatum* : « Mich aber, inquit, wirst du, wird *niemand* von

meinem Vorsatze zurückhalten... Das, *was ich will*, was mir unentbehrlich ist, halte ich fest im Auge ; *ich* werde es ergreifen und gewiss bald und behende » (II, XII).

Nec aliter Ottilia ipsa : « *Ich bin entschlossen*, inquit, *wie ich's war*, und wozu ich entschlossen bin, musst du gleich erfahren » (II, XV).

Cur ad malum tam facile Eduardus grassatur ? Quia libidinibus resistere numquam consuevit.

Non aliter autem in cotidiana vita res fiunt : quotiens enim aliquid facere in animum induximus, ubi primum agi cœptum est, subito inde manant innumera necopinata consequentia. Periculosum quidem esset facere ut ea esset hominibus opinio, se neque liberos esse, neque ullam dictorum factorumve rationem umquam sibi esse reddendam, at fortasse, me iudice, multo periculosius esset facere ut putarent se etiam tum esse omnino liberos, cum aliquid agi cœptum est, atque facillime umquam retro redire posse. Iure enim Hermannus Lotze in *Microcosmo* suo hæc scripsit : « Sprechen wir gewœhnlich nur davon, dass jede Wirkung ihre Ursache habe, so sollten wir im Gegentheil das grœssere Gewicht auf den andern Ausdruck des Satzes legen, darauf, *dass jede Ursache unfehlbar ihre Wirkung hat*. Darin besteht, nicht allein zwar, aber wie mir scheint zum wesentlicheren Theile der Sinn der Causalitæt, dass sie jedem aus irgend welcher Quelle einmal entstandenen Elemente der *Wirklichkeit sein thœtiges Eingreifen in den übrigen Bestand der Welt*, zu

welcher es nun gehœrt, *sichert*, und zugleich ihm verwehrt, innerhalb derselben *anders thœtig zu sein, als in Uebereinstimmung mit jenen allgemeinen Gesetzen*, die in ihr alles Geschehen beherrschen[1]. » Tam parva est concessa hominibus libertas, ut numquam satis manifestum faciamus quam facile, si primam in culpam inciderimus, novæ semper inde ineluctabili quadam necessitate consequantur culpæ; neque in privati tantum psychica vita, sed et in domuum et civitatum historia, omnia connexa et consequentia sunt.

Est modus in rebus, ut scimus, et sunt certi fines quos ultra citraque consistere rectum nequit; difficillimum autem, fateor, intra hos se continere fines, sed mihi quidem videtur historiam a Gœthio in libro, de quo disserimus, narratam amplificatamque e concessis finibus nullo modo excedere.

Quod nunc attinet ad alteram præcipuam sen-

[1] *Mikrokosmus, Ideen zur Naturgeschichte und Geschichte der Menschheit*, I, *Pars tertia*, editio tertia, Lipsiæ, MDCCCLXXVI, p. 293. Vide etiam in libro nostro, qui « *La Métaphysique de Lotze* » inscribitur, Caput decimum et Conclusionem : « *L'action volontaire est aussi une force d'un ordre supérieur*, qui pénètre dans l'enchaînement des causes et des effets. Une fois introduite dans la réalité sensible, cette force continue à agir conformément aux lois qui gouvernent cette réalité. L'impulsion initiale étant donnée, *l'être moral est obligé, comme l'être physique, de suivre l'impulsion reçue*: il est entraîné dans le tourbillon où il s'est volontairement lancé... Il est certain qu'*une fois qu'elles ont reçu un commencement d'exécution, la plupart de nos actions produisent des effets qui ne nous appartiennent plus.* »

De altera præcipua sententia

tentiam, scilicet *nos abstinere* et quarumdam rerum iacturam facere debere, quæ sententia in altera libri parte dominatur, nihil in ea esse nisi boni et puri et stoici tam manifestum est, ut rem demonstrare pæne supervacaneum sit.

Ut primum Ottilia intellexit ubi sit vel officium suum, vel quod officium suum esse putat, subito Eduardum omittit. « *Eduards,* inquit, *werd' ich nie !* Auf eine schreckliche Weise hat Gott mir die Augen geœffnet, in welchem Verbrechen ich befangen bin. *Ich will es büssen* ; und niemand gedenke mich von meinem Vorsatz abzubringen ! » (II, XIV).

Hæc omissio et iactura nobis adeo præclara puraque videtur ut alia omnia in legentis animo antecedat. Nihil nisi domitum puellæ amorem videt, qui librum legit. Quamvis tamen tranquilla et composita esse mente Ottilia appareat, non destitit ideo miserrima non dico luctari, sed intus ob culpam, quam pæne inconscia admisit, dilacerari et excruciari : « Ich bin, inquit, aus meiner Bahn geschritten, ich habe meine Gesetze gebrochen, ich habe sogar das Gefühl derselben verloren, und nach einem schrecklichen Ereigniss klærst du mich wieder über meinen Zustand auf, der jammervoller ist als der erste... ich vernehme wie es mit mir selbst aussieht; ich schaudere über mich selbst » (II, XIV). Videtur amorem domuisse et extrinsecus quieta est, sed intimum amorem omnino excutere non potest. Nam ad amicos hæc scribit : « Ganz rein war mein Vorsatz, Eduarden zu entsagen, mich von ihm zu ent-

fernen. Ihm hofft' ich nicht wieder zu begegnen. Es ist anders geworden... » (II, XVII). Se suumque condonat amorem Eduardo et Carlottæ, nam Carlottæ et Eduardo multum debet. Cum libri singula quæque considerabimus, inquirere poterimus num optimam partem secuta sit atque bono honestoque plane satisfecerit, sed nunc, cum quæstio sit tantummodo de præcipua secundæ partis morali sententia, non possumus non Gœthium probare. Hoc enim e ficta historia clare sequitur, debere homines quarumdam rerum iacturam facere.

Primum igitur incitatæ libidini homines fato nescio quo vel inviti cedere, deinde quædam omittere, si ferat occasio, debere, hæ sunt præcipuæ duæ huius libri morales sententiæ. Cur autem critici tam diversa de hac ficta historia iudicia tulere, nisi quod illis non contigit agnoscere non *unam* tantum esse in Gœthiano libro præcipuam sententiam ? Nam, ut vidimus, alii modo fati ineluctabilem vim, alii abstinentiæ vel expiationis necessitatem unice ostendi voluerunt.

DE MATRIMONII SANCTITATE

Quod ad sanctitatem connubii attinet, — et de illa sanctitate plurima critici scripserunt, — nobis videtur e secunda duarum præcipuarum sententiarum pendere, cum qua arctissime cohæret. Plerique quidem legentium putaverunt Gœthium in libro de quo agitur imprimis ostendere voluisse, neque primam culpam novas culpas sequi, neque quibusdam rebus abstinere homines debere, sed potius sanctum esse

matrimonii vinculum. Nec mirum ; nam et hoc maioris esse momenti videtur et ad hoc explanandum illustrandumque potius pertinere Mittleri solemnes orationes videntur. Non hoc tamen in Gœthiano opere præcipuum esse nobis quidem videtur. Certe hic liber nos docere potest matrimonii rescissionem non sine quodam scelere fieri posse, nec fere quidquam in hoc opere huic sententiæ repugnat. [1] Immo, quæ in Gœthiana ficta historia accidunt, a legentibus intellegi non possunt, nisi sancta matrimonii fides esset. Cur enim, si matrimonium rumpi fas esset, primum peccati Ottiliam pœniteret ? cur deinde peccatum ab eadem expiaretur ? Nisi matrimonii vinculis inesset sanctitas quædam , non peccasset Ottilia ideoque eam peccati pœnam luere nullo modo necesse esset.

Res igitur plane manifesta est : vincula matrimonii, qualia nostro tempore fieri solent, non sine scelere exsolvi posse nequaquam diffitetur scriptor. Iure igitur Carolus Gœdekus : « Der Friede, inquit, den Gœthe in dem Idyll [id est in libro ‚ *Hermann und Dorothea* ' inscripto] mit der Sitte schloss, wurde

[1] Comitis enim verba in Gœthiani libri decimo capite profecto scriptoris ipsius sententiam *non explicant ;* nam poeta addit hæc : « So artig und lustig dies klang und so gut man, wie Charlotte wohl empfand, diesem *Scherz* eine tiefe *moralische Deutung* geben konnte, so waren ihr dergleichen Æusserungen, besonders um Ottiliens willen, nicht angenehm. *Sie wusste recht gut, dass nichts gefæhrlicher sei, als ein allzu freies Gespræch, das einen strafbaren oder halb strafbaren Zustand als einen gewœhnlichen, gemeinen, ja læblichen behandelt ;* und dahin gehœrt doch gewiss alles, was die eheliche Verbindung antastet. » (I, x).

durch die *Walhverwandtschaften* nicht aufgehoben, *da kein Hauch darin verræth, dass was hier der Sitte widerstreitet, das Bessre, wohl gar das Gute sei. Nur wenn der Dichter Eduards und Charlottens moralischen Ehebruch hætte beschœnigen wollen* (er læsst den Tag auf ein Verbrechen leuchten), *dürfte man daran denken, der Friedensschluss in Hermann und Dorothea sei entkræftet worden* ».[1]

Attamen, non hoc ante omnia Gœthio propositum fuisse, ut talem sententiam demonstraret, pro nostra parte putamus. Sine ullo dubio et libri materia et materiæ tractatus ipse nihil fere nisi scelesti et mali in matrimonii rescissione esse ostendit, et, cum necesse sit expiatio, ubi quid in matrimonii fidem peccatum est, certe hoc ipso iugalia vincula rumpi non posse apparet, quamvis (repetam enim) non hoc Gœthius, sed duo, quæ supra notavimus, demonstrare et explanare voluerit. . .

Fatemur igitur, et libri, qui *Affinitates electivæ* inscribitur, fautores, et Gœthius ipse ingenue affirmare potuerunt, in illa ficta historia matrimonii sanctitatem in bono lumine collocari, sed non hic est verus et solus libri finis. Namque, si ita sese res haberet, non divortium iure fieri posse magna eloquentia contendentem quemdam Gœthius induxisset neque præsertim Mittlerum periculosiorem iudicii

[1] *Grundriss der Geschichte der deutschen Dichtung aus den Quellen*, editio secunda, MDCCCLXII, I, p. 857.

inopia quam perlongis orationibus utiliorem pinxisset.

Itaque, cum qui Gœthianum librum legunt non sine periculo in matrimonii sanctitatem peccari posse intellegant, in hac ficta historia salutare aliquid et fructuosum invenitur atque, ob eam fortasse causam, Gœthius ad Knebelium scripsit non hunc librum iis iudicibus esse compositum, qui de ficto opere secundum leges nescio cuius rigidioris ethicæ pronuntiant.

Iuvenis quædam et grata mulier, deinde narrat Gœthius, librum de quo agitur primum legisse neque intellexisse confitebatur ; et hoc insuper addebat eadem mulier : « non ex illo tempore librum quidem relegi, sed nunc tandem intellego. »

Cur sic loqui poterat hæc mulier, inquit non sine subtili quadam animi scientia Gœthius, nisi quod in eisdem ac Gœthiani libri personæ periculis postea versata est et conscientiæ monitis instituta malum fugere didicerat ? [1]

CONCLUSIO

Quare nihil in summa Gœthiani libri reperimus quod bŏnis moribus virtutique plane contrarium sit. Immo, duæ præcipuæ sententiæ, quæ in utraque huius operis parte insunt et quasi elucent, utile aliquid ac salutare habent et quid sit hominibus agendum in certis vitæ temporibus fortius et melius omnibus ethicorum dissertationibus demonstrant. Et, ne quis falsam esse hanc opinionem contendat,

[1] V. HENRICI DUNZERI scriptum « *Zwei Bekehrte* », p. 188, sq.

exemplum huius utilitatis hoc loco afferre libet. Namque, — et hoc argumentum ad probandum firmius valentiusque esse credimus — ficta illa Gœthiana historia persuasit Zachariæ Wernero, tunc Romæ degenti, ut peccatis nuncium remitteret et rectam viam iam sequi vellet, quemadmodum ipsi Gœthio hic narravit.

Quid igitur causæ est cur hic liber lectus non semel animis nullo modo præoccupatis et nostri scriptoris potius fautoribus displicuerit et nescio quid periculosi habere visus sit ? Num enim judices, neque iniusti quidem vel illitterati, qui, severam bene vivendi rationem respicientes, hoc opus tam vehementer vituperaverunt repudiaveruntque, num, inquam, illi iudices valde erraverunt ?

Hoc nunc nobis inquirendum remanet : altius in libri singula quæque penetrabimus atque an omnia in hac ficta historia bono scriptoris consilio magnoque duarum præcipuarum sententiarum pretio concordent, necne, considerabimus.

[1] V. DUNZERUS, *Zwei Bekehrte*, p. 188 sq.

CAPUT III

QUID PERICULI HABEANT SINGULA QUÆQUE IN GŒTHIANO LIBRO

« So ist die Liebe beschaffen, dass sie allein Recht zu haben glaubt und alle andern Rechte vor ihr verschwinden ».
(*Aff. elect.* I, XII.)

« Das menschliche Herz ist von der Art, dass es sich für die Liebenden interessirt und den ihnen entgegenstehenden Hindernissen nicht hold ist ».
SCHWENCKIUS.
(*Litt. Charakt.*, MDCCCXLVII, p. 387.)

Ut liber informandis moribus utilis dici possit, non satis est purum esse scriptoris consilium vel grande aliquid habere præcipuæ sententiæ : bona etiam sunto et salutaria in hoc opere singula quæque. Nam ubi in scriptis pars quædam, vel minima, aliquid mali periculosique, vel inscio scriptore, habet, non sane hæc scripta omnino ad bonum homines ducere posse affirmare licebit.

Hæccine autem est libri, de quo disserimus, condicio ? Quod nunc accuratissime examinandum est.

QUID PERICULOSI HABEAT GŒTHIANUS LIBER

Sic enim sese res habet : quanquam Gœthius legentes sæpius admonet et ad veram bene vivendi rationem revocat[1], quanquam quid sit pulchrum,

[1] V. I, XIII: « *Kaum hatte sie* [id est Ottilia] *es gesagt, als ihr schon der Geist zuflüsterte, dass sie hætte schweigen sollen...* » Cf. etiam supra : « *Der Hass ist parteiisch, aber die Liebe ist es noch mehr* ».

I, XVI : « *Das Æusserste liegt der Leidenschaft zu allernæchst...* » Cf. I, X.

quid bonum, quid verum, quid non, in narrando peritissime enucleateque ostendit[1], tamen, fatendum est, in libri singulis partibus insunt quædam et periculosa revera et mala.

At quomodo res fieri potuit ? Scriptor, ut mox apparebit, dum personas suas eadem dicentes et facientes inducit, quæ ipse olim in similibus tempestatibus aut dixit aut fecit, dum similes sibi, ut sic dixerim, personas suas fingit et legentes magno opere delectare cupit, parum curare sæpius videtur num omnia in iis quæ scripsit et bonis moribus consentanea et vitæ utilia sint.

Etenim principio fere nihil est quod reprehendere possimus in nascenti amore, quo gradatim incenduntur præcipuæ Gœthiani operis personæ. Vide quam naturali et innocenti progressu amor in animum Carlottæ et Centurionis, deinde in Eduardi et Ottiliæ pectus sese insinuet ! Dum eadem agunt curantque Carlotta et Centurio ardere incipiunt : « Beiden wurde es leicht, *zusammen zu wirken und etwas*

[1] V. I, IX: « Denn eigentlich war die Neigung dieser beiden [id est Carlottæ et Centurionis] eben so gut im Wachsen als jene, *und vielleicht nur noch gefœhrlicher dadurch, dass beide ernster, sicherer von sich selbst, sich zu halten fœhiger waren* ».

Cf. præsertim de Eduardi et Ottiliæ amore : « *das, was an dieser Neigung strafbar sein mochte* (I, X) ».

I, XIII : « *als ihr* [id est Ottiliæ] *der Geist zuflüsterte, dass sie hætte schweigen sollen* ».

I, XVI : « *Eduard fühlte, wie Recht sie* [id est Carlotta] *hatte* ».

Cf. denique verbum *‚leider'* in ultima undecimi capitis parte (I, XI).

zu Stande zu bringen. Es ist mit den Geschæften wie mit dem Tanze ; Personen, die gleichen Schritt halten, müssen sich unentbehrlich werden ; ein wechselseitiges Wohlwollen muss nothwendig daraus entspringen » (I, VII).

DE EDUARDI ET OTTILIÆ AMORE

Eadem est Eduardi et Ottiliæ condicio. Eis amor venit, quia Eduardus erga Ottiliam et honeste et comiter, id est decenter et licite, immo laudabiliter se gerit. Nihil purius pulchriusve illo nascenti amore. Neque umquam innocentiores amantes vidimus. Sereni, puri, fortunati sunt : omnia, inquam, nascentem primum amorem indicare videntur. Inenarrabili perfunduntur voluptate : « Bei unsern Freunden waren die entstehenden wechselseitigen Neigungen *von der angenehmsten Wirkung*. Die Gemüther œffneten sich, und ein allgemeines Wohlwollen entsprang aus dem besonderen. Jeder Theil fühlte sich glücklich und gœnnte dem andern sein Glück. *Ein solcher Zustand erhebt den Geist, indem er das Herz erweitert* » (I, VIII).

Quamvis igitur Gœthius sine ullo dubio idonea et utilia vitæ scribere velit, hoc loco voluptati nimium indulsisse videtur, qua depingere amantes debebat qui in ea tunc essent condicione, ubi ipse olim fuerat. Fortasse meminisse eum iuvabat. Quare nunc nihil fere eorum quæ dicunt faciuntve Eduardus et Ottilia aut reprehendit, aut exprobrat scriptor. Ne plura dicam, ipsos amantes amamus. Eduardus cum puella libenter deambulat ; ambo eunt per illecebrosas semitas. Ottiliæ, dum Eduardum per lapidosa

itinera vadentem egregia et venusta sequitur, inest nescio quid cœleste : « Wenn Ottilie, leicht schreitend, ohne Furcht und Ængstlichkeit, im schœnsten Gleichgewicht von Stein zu Stein ihm folgte, glaubte er *ein himmlisches Wesen* zu sehen, das über ihm schwebte. Und wenn sie nun manchmal an unsicherer Stelle seine ausgestreckte Hand ergriff, ja, sich auf seine Schulter stützte, dann konnte er sich nicht verleugnen, dass es *das zarteste weibliche Wesen* sei, das ihn berührte. Fast hætte er gewünscht, sie mœchte straucheln, gleiten, dass er sie in seine Arme auffangen, sie an sein Herz drücken kœnnte » (I, VII).

Dum tam poetice depictum hunc nascentem amorem videmus, facilius fortasse nos fugit, non Eduardum hoc primo teneri amore. Non hoc nos admonet Gœthius, Eduardum non esse cælibem, nam nos potius non alienos animos habere ab amantibus cupit. Numquam, ut ait scriptor, *pulchrior manus in pulchriorem venerat manum*. Crescit amor, sed periculum quoque in dies magis ac magis crescit; nam hoc amore blandius dulciusve nihil excogitari potest. Non iam Eduardus erga alios homines tyrannum agit : contra, dulcis tractabilisque fit. [1] Imme-

[1] Quibus profecto de causis acerrimus quoque Gœthiani libri obtrectator, CONRADUS SCHWENCKIUS, anno MDCCCXXXIX hæc scribere potuit : « Einer so energischen Leidenschaft gegenüber nimmt es sich seltsam aus, wenn der sittliche Kategorische Imperativ im Philosophenmantel seine Zuchtruthe schwingt, und im Namen der Sittlichkeit eine Leidenschaft unterdrückt wissen

mor sui, Ottiliam solam curat. Ubi aliquid puella excogitavit, probat laudatque Eduardus, non aliter ac si ipse idem illud excogitavisset. Non illos nunc, ut antea, odit qui a tergo stantes per umeros nostros legunt quæ leginus ipsi. Ottilia vero, quid velit aut cupiat Eduardus, observare videtur, ut illius statim voluntati satisfacere possit. Ubi de musica agitur atque Ottilia organa musica digitis pulsat eburneis, sic pulsat ut Eduardus ; eadem, quæ amicus, amat ; eadem odit, et hoc inaudito sublimique consensu aures nostræ delectantur : « Der Componist selbst hætte seine Freude daran gehabt, sein Werk auf eine so liebevolle Weise entstellt zu sehen. »

Hæc autem omnia Gœthius sic pingit, bonis honestisque mala periculosaque sic miscet, ne legentibus facillime appareat quid licitum aut quid vetitum sit. Jure igitur Alexander Baumgartner : « *Jedes Kœrnchen Gift,* inquit, *ist mit liebreizender Süssigkeit umgeben und jedes Kœrnchen geistiger Nahrung mit einer feinen Dosis Gift versetzt* » (p. 16).

Quin etiam, cum in eo est scriptor ut legentes admoneat et quid sit rectum, quid bonum, quid non, commonstret, haud semel et ipsum dulci, quod præbent amantes, spectaculo capi dicas ideoque sæpius hæsitare videtur amantesne vituperare an approbare debeat : « Auch diesem wundersamen, unerwarteten

will, welche nicht unsittlich genannt und gefühlt werden kann, *sondern als ein beseligendes Feuer den ganzen Menschen mit dem hœchsten Entzücken erfüllt, dessen et fœhig ist.* » (*Hallische Litteraturzeitung,* MDCCCXXXIX).

Begebniss sahen der Hauptmann und Charlotte stillschweigend mit einer Empfindung zu, wie man oft kindische Handlungen betrachtet, *die man wegen ihrer besorglichen Folgen gerade nicht billigt und doch nicht schelten kann, ja vielleicht beneiden muss* » (I, VIII). Primum enim hic legentem monuerat Gœthius periculosa esse quæ inde consequentur; sed, præteriti memor, animadvertit quam dulcia, quam humana sint quæ fiunt neque Eduardum et Ottiliam reprehendere sustinet.

Quæ autem ex hoc infausto illicitoque amore consequntur miserrima, mox videbimus. Amantes enim illi vigentibus in nostra ætate legibus palam repugnant; nam quæ necesse erat acciderent, accidunt; naturæ amantes resistere non possunt, et vincit amor, dulcis quidem sed culpandus amor. Vincit amor, vincit quodammodo et Eduardi violenta libido et nisi *re*, *animo* tamen patratur adulterium illud[1] quod, post ea primordia amoris, quæ supra descripsimus, nullo modo evitari poterat.

In illud autem adulterium præcipue recti honestique defensores, ut vidimus, magno opere invecti sunt. Nec mirum : frustra enim Gœthius, sese purgans, hac libri parte Eduardi et Carlottæ culpam tandem reprehendit et repudiat : « Der Tag schien ihm *ahnungsvoll* hereinzublicken, *die Sonne schien ihm ein Verbrechen zu beleuchten* ». Serius autem cura

[1] Cf. Vergilii versum :

« *Te tenet : alios suspirat amores* ».

bonorum morum movetur : nam in illis descriptionibus et picturis nimia inest dulcedo quædam et voluptas qua vel inviti trahimur et corrumpimur. Quis enim affirmet nihil esse veri in iis quæ Alexander Baumgartner, post Annam Ludovicam de Staël[1], tali modo exponit : Verschuldetes und unverschuldetes Missgeschick dæmpfen den Reiz der Leidenschaft nicht, *ja erhœhen sie nur, wenn sie durch anziehende Schilderung zum Gegenstand der Liebe und Theilnahme geworden.* Eine bloss allgemeine Moralitæt in den Grundzügen der Fabel reicht deshalb nicht aus. Der Dichter muss in der Darstellung der Leidenschaft selbst sich Schranken setzen und dem verführerischen Reize des Bœsen zum wenigsten ein heilsames Gegengewicht schaffen, wenn sein pathologisches Bild nicht zum Gifte werden soll (p. 13). »

Hinc insidiæ, mea quidem sententia, hinc periculum, hinc malum, etiamsi scriptor prodesse atque vitæ idonea dicere sibi, ut vidimus, proposuerit.

[1] In libro suo *De Germania* inscripto : « Je ne dissimulerai pas cependant, inquit, que les romans, même les plus purs, font du mal ; ils nous ont trop appris ce qu'il y a de plus secret dans les sentiments. On ne peut plus rien éprouver sans se souvenir presque de l'avoir lu, et tous les voiles du cœur ont été déchirés » (Cap. XXVIII). Cf. quod Gœthius ipse scripsit: « Was man gegen die Romane, in welchen die Liebe behandelt wird, immer mit vielem Rechte sagen kann, ist, dass *die Leidenschaft darin so gemalt ist, dass sie dadurch erzeugt werden kann,* und dass es Augenblicke des Lebens gibt, in welchen diese Gefahr grœsser ist als alle Vortheile, die man davon erwarten konnte. » (*Gœthes Werke,* editio Hempel, XXIX, p. 841).

Istius igitur rei culpam scriptor sustinet, quod Eduardum et Carlottam peccantes et usque in huius modi adulterium descendentes *summo colore* legentibus sub aspectum quasi subiecit.

Nec tamen satis : namque, post illud adulterium non re sed animo commissum, Eduardus, dum amatam puellam quam primum revisere optat, amicum et ipsius uxorem Carlottam solos una cymba ire sinit ; Ottilia vero, venusta simul et felix, venit cum scripturis quas Eduardi gratia tanta cum cura exsecuta est ; Eduardus rursus, ubi agnoscit has scripturas easdem esse ac si sua ipsius manu exaratæ essent, exclamat : Me amas, Ottilia, certe me amas! « Eduard hob seine Arme empor : Du liebst mich ! rief er aus, Ottilie, du liebst mich ! und sie hielten einander umfasst. Wer das andere zuerst ergriffen, wære nicht zu unterscheiden gewesen » (I, xii).

Hic locus, fateor, poetica laude conspicuus et dulcedine plenus, adeo nos capit et movet, ut nos aliud tunc agentes fugiat neque Eduardum esse cælibem, neque licitum esse hunc amorem. Itaque exquisita huius picturæ gratia animus noster mirandum in modum fruitur : « Von diesem Augenblick an war die Welt für Eduarden umgewendet, er nicht mehr was er gewesen, die Welt nicht mehr was sie gewesen. Sie standen vor einander, er hielt ihre Hænde, sie sahen einander in die Augen, im Begriff sich wieder zu umarmen » (I, xii).

Non autem post hæc idem iam Eduardo habitus, idem vultus, eadem mens ; pulchrior et valentior et

melior ex omni parte fit (I, XIV). Et hoc quoque pessimum, tantæ culpæ conscium hominem in melius mutari. « Man muss nur *Ein* Wesen, inquit, recht von Grund aus lieben, da kommen einem die übrigen alle liebenswürdig vor ! » (I, XII). Antea durus fere, se unum amabat : nunc, non solum Ottiliam perdite diligit, sed et in ceteros comis et lenis est. Antea pigritiæ et arbitrio suo deditus, nunc et ipse laborat et ceteros ad laborem impellit : omnia enim parata esse debent et perfecta, cum natalis Ottiliæ dies venerit : « Das Bewusstsein zu lieben und geliebt zu werden treibt ihn ins Unendliche... Wie er sich Ottilien zuzueignen begehrte, so kannte er auch kein Mass des Hingebens, Schenkens, Versprechens » (I, XIV).

Quomodo hoc loco nos non fugeret, quomodo etiam Gœthium, ea scribentem, non fugisset Eduardum antea pacto matrimonio teneri, neque isti novo amori, tam delicato et per se puro, cedere iure non posse ?

Et graviorem Eduardi culpam hoc facit, quod vir matura iam ætate aliique coniunctus uxori, tenera ætate puellam, vel potius puellulam fere, sibi creditam et cui ipse unicum est his in terris præsidium, ardenti et illicito amore prosequitur.

Hoc igitur in talibus picturis periculum (repetam enim), hoc malum : pravum a recto, illicitum a licito nullo fere modo distinguitur. Re vera amor ipse *per se atque ut singularem poeticisque descriptionibus abundantem materiam præbens* tractatur : « In der Behaglichkeit, womit der sechzehnjährige Herr noch

alles Liebesleid eines untreuen Ehemanns und eines kaum der Pension entronnenen Mædchens *durchlebt* und *durchleidet, zerlegt* und *bis in's Kleinste beschreibt...* liegt schon *das Gestœndniss, dass ihm in diesem angeblichen Leiden unendlich wohl ist*, dass er *mit Wollust darin lebt und webt*, dass ihn ein Mædchenherz mehr interessirt als alle Philosophien und Religionssysteme, alle Kœnigreiche, Wissenschaften und Künste der Erde. » (Baumgartner, p. 7).

Ita enim est, hæc atque talia Gœthius libenter scribit, hæc atque talia plerumque legentibus præbet ; tunc maxime *mentem diviniorem,* ut Vergilii verbis utar, *et os magna sonaturum* habet, cum amantium et gaudia et curas et animos pingit. Namque, etiamsi soluta oratione scribit, *semper et ubique* Gœthius *vates* est, *maximus et vere lyricus vates;* ideoque, dum poeticæ facultati indulget, dum expansis alis se totum permittit, non satis curare videtur quid sibi boni mores poscant. Eduardum violento inflammatum amore depingit, neque eumdem et maritum iam esse et patrem mox futurum secum in animo reputat.

Itaque nihil mirum Eduardum ad divortium, tanquam ad securiorem portum, toto pectore tendere : hic enim solus præsentis condicionis exitus. Sed cur, divortium dum tam vehementer exoptat expetitque, nec Carlottam, nec priora promissa, nec neglecta officia vel levissime Eduardus curat ? Ita fortasse cotidianæ vitæ res consentit melius et quadrat ; tamen, cum scriptor ficta narret neque historiam scribat,

quæritur an, ut ad commovendos legentium animos aptius, sic bonis moribus magis consentaneum vitæque utilius fuisset, præbere Eduardum pensantem hinc priora promissa et calcatum pedibus amorem, illinc novam flammam novamque fidem, ideoque terribiles cruciatus animo ferentem ? Simul enim legentes delectavisset Gœthius atque iisdem profuisset, si Eduardi animum dubie anxium suspensumque et in contraria diductum ostendisset. Quis igitur putet nihil esse veri in his verbis quæ G. A. Heinrich in suo libro *De Germanicis litteris* scripsit : « Il y a, dans la lutte de l'âme contre des chaînes, qu'elle ne peut rompre et dont elle respecte la puissance, *une grandeur qui peut s'élever jusqu'à l'héroïsme et presqu'au martyre*. Qu'on relise, pour s'en convaincre, le beau roman de la *Princesse de Clèves* de Madame de La Fayette, ou qu'on se reporte aux œuvres de Gœthe lui-même. A-t-il songé dans Werther à la possibilité d'un divorce qui donnerait Charlotte à son héros ? N'a-t-il pas senti, en plus d'un passage admirablement réussi, que l'unique forme d'un tel roman était *le récit d'une lutte courageuse de l'âme invariablement attachée à son devoir contre les emportements irréfléchis de la passion et des sens* » (p. 88).

Poeta contra virum amore captum amorique cedentem depingere maluit. Dolet quidem et multum dolet Eduardus, sed fato resistere neque potest neque etiam vult. Si ad verum pervenire cupimus, nobis ille videbitur non aliter ac Wertherus animo

æger esse. Hoc fortasse sibi proposuit Gœthius ut, tali adiutus exemplo, nobis ostenderet quantum valeret indomitus ac sine freno amor in viro debili sicut Eduardo. Sed oportuisset hoc legentes prius esse monitos neque rem in hac sola disputatione inter Eduardum et Centurionem disceptatam fuisse, ubi qui sacra matrimonii iura defendit ab adversario sine ullo dubio superabitur. Nec satis : nam qui sacra matrimonii iura bonosque mores defendit idem et Carlottam amat neque ob eam rem victoriam sibi ex animo exoptare potest. Quare nihil mirum matrimonii causam cito desperari nec multis sane argumentis comprobari : immo, amico brevi cedit defensor iste neque aliud est fere illa sua defensio quam « *merus dolus* » *(eine kluge Wendung)*. Operæ enim pretium est animadvertere quanto ardore Eduardus loquatur, quanta autem mollitia [1] Centurio argumenta, iusta quidem, proponat. Quin etiam videas necesse est quanta celeritate a recta oratione ad obliquam ac compendiariam quoque orationem, ubi de defendendo matrimonio agitur, res veniat. Dum Eduardi argumenta verbaque integra reponuntur, pars solum orationis qua matrimonium defenditur, legentibus traditur ; lacunamque igitur absentis partis explere mens nostra debet, cum talia legi-

[1] Atque quasi *officio* solum et *religione quadam* ad disputandum incitatus: « Der Major *hielt es für seine Pflicht,* dem Vorsatz Eduards so lange als mœglich Widerstand zu leisten » (II, XII).

mus: « Der Major hatte keinen andern Ausweg und musste endlich zugeben... Diese Aufgabe war so leicht nicht zu lœsen, wenigstens *fiel dem Freunde hierauf keine hinlængliche Antwort ein* » (II, XII).[1]

[1] PRO MATRIMONII INSTITUTO

Als der Major mit einigen Zügen Charlottens Werth und Eduards lange bestandenes Verhæltniss zu ihr *anzudeuten gedachte...*

Der Major verfehlte nicht, auf eine eben so geschickte als nachdrückliche Weise Eduarden die verschiedenen Bezüge zu seiner Gemahlin, zu den Familien, zu der Welt, zu seinen Besitzungen vorzustellen; aber es gelang ihm nicht, irgend eine Theilnahme zu erregen.

Eben weil du mich mit | so hohen Gaben bestechen willst, versetzte der Major, *muss ich* desto vorsichtiger, desto strenger sein...

(II, XII).

CONTRA MATRIMONIUM.

EDUARDUS: « Wir haben eine Thorheit begangen... Jedes Jahrzehend des Menschen hat sein eigenes Glück, seine eigenen Hoffnungen und Aussichten. Wehe dem Menschen, der vorwærts oder rückwærts zu greifen durch Umstænde oder durch Wahn veranlasst wird! Wir haben eine Thorheit begangen; soll sie es denn fürs ganze Leben sein?... »

EDUARDUS : « Alles dieses, mein Freund, ist mir vor der Seele vorbeigegangen, mitten im Gewühl der Schlacht... ich habe mir zugeeignet, ich habe mich abgefunden, zu wiederholten Malen, und nun für immer... Nimm sie [Charlotten] von meiner Hand! führe mir Ottilien zu! und wir sind die glücklichsten Menschen auf der Erde ! »

EDUARDUS: « Eben dass wir unbescholten sind giebt uns das Recht, uns auch einmal schelten zu lassen... mich aber wirst du, wird niemand von meinem Vorsatze zurückhalten... » (II, XII).

Non tamen Gœthius recta oratione vehementius legentium animos quam obliquis et compendiariis quodam modo verbis commoveri certe ignorabat.

Atque, sub finem libri, cum Eduardus ad hortos suos redux, Ottiliæ prope lacum stanti occurrit, divortium iamiam futurum imminet neque quidem nobis tunc ullus melior exitus exsistere posse videtur.

Nec satis : quærimus enim an fortasse Gœthius nos in errorem induxerit atque illud in bono lumine collocari (sicut putaverunt Gervinus et Vilmar contra nostram iam expressam opinionem), scilicet rerum naturæ non esse resistendum, ac potius violentis cupidinibus statim esse cedendum, voluerit.

Quod si autem ita esset, quid de indissociabili matrimonii vinculo, ad quod libri materia tendere re ipsa videtur, fieret ? Sed, ne mora, hoc vel illud sumamus necesse est. Qui bonam vitæ viam spectat non diutius res in dubio esse tolerare potest. Aut matrimonii vincula rumpi non fas est ideoque non hæc esse materiæ amplificatio debuisset, aut divortium fieri fas est, ideoque nullus in libro tragicus nodus est, ut merito iudicavit Hettnerus, neque nobis ut indissociabile ostendi matrimonii vinculum oportuisset.

Non certe hoc contendo, Eduardi similes nullos exsistere homines ; quorum tamen perexiguus numerus. Quotiens autem talis hominis vitam quidam scribit, si re vera adeo malus mortalis umquam offertur, hunc sic pingat necesse est ut nobis odiosus et inamabilis sit.

Qui vero nobis *non historiam*, sed *ficta voluptatis causa* præbebit, severius ab illo, qui rectam vivendi rationem unice considerat, iudicari necesse erit, si culpandus amor sine ulla improbatione ac potius dulcibus illecebrosisque coloribus ab eo describetur[1]. Quod quidem fecit Gœthius, cum Eduardi amorem pingeret : qui, si amat, ut Carlotta et Centurio ipse, sic legentes ignoscunt : non quidem probare possunt, sed plane improbare neque volunt neque sustinent.

Nam, ut ait Conradus Schwenckius, « sobald ein Dichter diese Leidenschaft schildert und zwar wie Gœthe in den *Wahlverwandtschaften* gethan, als mit einer unerklærlichen Gewalt plœtzlich durch eine Art von Prædestination zwei edle Wesen erfassend, als ob sie von der Natur der Dinge unwiderruflich für einander bestimmt wæren, und sie dann mit der Ehe in Conflict bringt, leistet er diesem Institut den schlechtesten Dienst ; *denn das menschliche Herz ist von der Art, dass es sich für die Liebenden interessirt und den ihnen entgegenstehenden Hindernissen nicht hold ist*[2].

[1] Quod sine ullo dubio optime intellexit Gœthius ipse, qui amico suo Henrico Ludeno haud ambiguis verbis dixit: « Der Dichter schafft seine Welt *frei, nach seiner eigenen Idee,* und darum kann er sie *vollkommen* und *vollendet* hinstellen; *der Historiker ist gebunden:* denn er muss seine Welt so aufbauen, dass die sæmmtlichen Bruchstücke hineinpassen, welche die Geschichte auf uns gebracht hat. (Gœthius in Sermonibus cum Ludeno habitis; v. HENRICUS LUDENUS, *Rückblicke in mein Leben*, Ienæ, MDCCCXXVII, p. 111, sq.)

[2] *Litterarische Charakteristiken*, von KONRAD SCHWENCK, MDCCCXLVII, p. 357-358.

Nec minore dulcedine ideoque minore periculo illicitus Ottiliæ amor pingitur. Puella, quæ tam sapit tamque sapienter in tabellis scribit, illud certe considerare debuisset, Carlottæ Eduardum esse coniunctum. Sua in Eduardum caritas et voluntas adeo poetice describitur ut nos quidem fugiat Ottiliam non aliter atque Eduardum maximum in modum peccare.

Neque quidem hoc satis est : non ut culpanda, sed potius ut nescio quæ salutaris et emendatrix vis pingitur Ottiliæ libido, namque Gœthius *tum* nobis affirmat, *cum maximum est periculum*, propriæ innocentiæ conscientia sustentari bonique amore confirmari virginem. « *Ottilie*, inquit, *getragen durch das Gefühl ihrer Unschuld*, auf dem Wege zu dem erwünschtesten Glück, lebt nur für Eduard. Durch die Liebe zu ihm *in allem Guten gestœrkt*, um seinetwillen freudiger in ihrem Thun, aufgeschlossener gegen andre, findet sie sich in einem Himmel auf Erden » (I,XIII). Non igitur in terra, sed in cœlo vivere, ut ita dixerim, putat Ottilia. Ut primum ab amatissimo viro separatur, quam dulces sunt amantis puellæ curæ, quæ nihil nisi pericula, in quibus Eduardus versatur, cogitat ! « Denn ein Herz, das sucht, fühlt wohl, dass ihm etwas mangle; ein Herz, das verloren hat, fühlt, dass es entbehre. (I, XIII)... Sie træumte sich in die Fremde, und immer fand sie dort ihren Freund ; seinem Herzen war sie noch immer nahe geblieben, er dem ihrigen » (I, XVII). Nocte, genibus nixa, arculam, in qua Eduardi dona includuntur, spectat Ottilia, et absentis dilecta subit

imago. Cum sol exoritur, loca peragrat rursus, in quibus diu antea felix fortunataque vixerat. Et dum venerabilis pastor mortuus iacet, quæ Ottiliæ in animo, quæso, obversantur visiones, per quas certior fit adhuc illum vivere, quem perdite amat. « Ihr waren wundersame nächtliche Erscheinungen zum Trost gegeben, die ihr das Dasein des Geliebten versicherten und ihr eigenes befestigten und belebten... Und wenn sie nach einer ruhigen Nacht Morgens wieder erwachte, *so war sie erquickt, getræstet*, sie fühlte sich überzeugt : Eduard lebe noch, sie stehe mit ihm noch in dem innigsten Verhæltniss » (II, VIII).

Ubi vero redux Eduardus Ottiliæ præsto est, quanta dulcedine depingitur amor ille mutus neque ullis verbis egens, quem Gœthius pæne cælestem esse voluit ! « Nicht eines Blickes, nicht eines Wortes, keiner Geberde, keiner Berührung bedurfte es, nur des reinen Zusammenseins. Dann waren es nicht zwei Menschen, *es war nur Ein Mensch im bewusstlosen vollkommnen Behagen*, mit sich selbst zufrieden und mit der Welt. Das Leben war ihnen ein Ræthsel, dessen Auflœsung sie nur miteinander fanden » (II, XVII).

Cum autem sua sponte amatissimum Eduardum Ottilia removet, tunc altius assurgere videtur ; nec satis dicere potest Gœthius quanta sit ipsius erga Ottiliam admiratio; vide enim quibus utatur epithetis, quibus intimum animi sensum exprimere desperat : « *das herrliche Kind, das holde Kind,*

das holde Wesen, der holde Kœrper. »[1] Quid dico, addit etiam insuper : « *das himmlische Kind* » (II, XVIII). Puellæ gestus quoque fit « *eine himmlische Bewegung*[2] ».

Quomodo igitur hæc atque talis puella a scriptore ipso primum, deinde a legentibus non amaretur, si ita loqui possumus ? Quomodo etiam in legendo nos non fugeret huius exquisitæ puellæ amorem esse vehementer reprehendendum vel cum Eduardum procul a se amovet.

Atque, ut Eduardi culpa tibi gravior videbitur, si Ottiliæ condicionem respicies, ita quoque puellam magis peccavisse putabis, si quid ipsi cum Carlotta sit tecum in animo revolves. Orbata, et cui unica spes in Eduardi uxore fuit, primum ne attendere quidem videtur se pessimam illi mulieri gratiam referre, cui tantum debet. Tunc modo intellegere incipit Carlottam de se esse optime meritam, cum eiusdem Carlottæ infans in lacum cecidit Ottiliæ culpa periitque. Cum autem satis intellegens perspicaxque sit ut de sapientia, de puerorum institutione atque de pulchro perite disserat, cur non hoc pariter sentit se graviter peccare et dum Eduardi animum a Carlotta avertit et dum erga mulierem optime de se meritam ingrate se gerit ?

Scimus Gœthium id finxisse, Ottiliam nescio cui

[1] *Affinitates electivæ*, II, XIV; cf. II, XIII (in fine) : « *ihr schœnes Gemüth* ».

[2] *Affinitates electivæ*, II, XVIII. Cf. quod Eduardus ipse de puella amatissima dixit : « *dein schœnes Selbst* » (II, XVI).

ineluctabili fere fato ludibrio esse, videlicet quia omne a puella crimen amovere volebat. Sed numquam qui nostro tempore ficta scribunt ad tam faciles confugere dolos deberent. Puella, quæ magnæ domui optime gubernandæ nequaquam impar est, quæ sint sua in eos, a quibus adoptata fuit, officia certe perspicere potuisset. Quod si fato, cui nulla vi resistere possit, impellatur, quî fit, quæso, ut tam sapienter tamque dilucide de philosophia multisque aliis de rebus scribat ? Quod si autem dictorum factorumque bonam reddere rationem debet, quî fit ut Gœthius eam innocentiæ suæ conscientia sustentari contendat ?

GERMANÆ IRONIÆ LEX

Nimirum, ut in multis aliis Gœthianorum librorum partibus, sic in hoc loco res concurrunt maxime contrariæ : cum ea quæ in Ottiliæ tabellis scripta sunt refert, Gœthius et sana et ætati animoque magis virili quam muliebri consentanea proponit; cum autem Ottiliæ ipsius naturam describit, puellam, veram et meram puellam, libidini arbitrioque minime resistentem et qualem scriptor non unam in iuvenili ætate adamaverat, inducit. Sæpissime enim, ut vidimus, dum Ottiliam nobis pingit, vel Fridericam, vel Carlottam Buff vel præsertim Minnam Herzlieb cogitat. Ottiliam igitur non sine amore pingit, quemadmodum et Eduardo interdum eadem studia præbuerat, quibus ipse, iuvenis adhuc, accensus fuerat.

Ceterum, ut in Eduardi Ottiliæque amore aliquid mali periculique inest, sic alia in libro prava legentibusque non leviter nocitura.

Interdum et in Carlottæ Centurionisque amore nonnulla invenies, quæ maximum in modum reprehendere possis. Hi tamen, ut minus fervidi vel sensibus obœdientes, ita animo quoque magis sano sedatoque ac præsertim ad bonos mores inclinato sunt. Sed ipsi quoque se invicem amant : inter eos, quemadmodum inter Ottiliam et Eduardum, ut vidimus, propter mutuam comitatem mutuamque sedulitatem amor nascitur. Nec solum eadem amoris caritatisque causa, sed idem etiam processus et effectus : ut Ottilia et Eduardus, sic Carlotta et Centurio maiore ardore incumbunt labori, sic ad necessariam quamque rem et utilem spectant, sic quoque beati magis fortunatique vivunt : « Wenn Eduard mit Ottilien, die Pfade zu wæhlen, die Wege zu bahnen, vorauseilte, so folgte der Hauptmann mit Charlotten in bedeutender Unterhaltung, theilnehmend an manchem neuentdeckten Plætzchen, an mancher unerwarteten Aussicht, geruhig der Spur jener rascheren Vorgænger [1] ».

Semper (repetam enim) quos nobis pingit amantes, tales informat Gœthius qualis fuerat ipse, dum iuvenis amaverat ; atque amoris pulchritudine vel potius dulcedine captus, leviter curare videtur an in libro suo Carlotta Centurioque, dum Ottilia Eduardusque cæco amori violentæque libidini nullo modo resistere possunt, *boni honestique fautores defensoresque sint.*

[1] *Affinitates electivæ*, I, VII. Cf. I, Cap. XIII, de Carlottæ amore: « *Eine schœne, edle Neigung.* »

ALIA PERICULOSA

Hæc in primis mala periculosaque in libro, de quo agitur ; ideoque *fusius* tractavimus ; sunt et quædam, minus gravia minusque nocitura, at nocitura tamen ; de iis *brevius* disquiremus.

DE NIMIA FATI VI

Iam antea indicavimus apud Gœthium non omnino ineluctabilem esse fati vim, quamvis vehementer a quibusdam propter id ipsum vituperatus sit; scriptoremque monstravimus summa cura providentem ne quid reprehendendi haberet illa sua cum chemicis (si equidem tali verbo uti possim) affinitatibus comparatio.

Sed sæpius inutilis cura inutilisque scriptoris providentia fuit : nam interdum tanta est fati vis et potentia, tanto Eduardus et Ottilia amore impelluntur, ut nos eorum, quæ prius declaraverit Gœthius, obliti, illud solum attendamus, fato, quo Gœthianæ personæ trahuntur, si modo potestatem suam exercere cœperit, nullo modo nullaque vi resisti posse.

Exempla huius rei hoc loco proferre libet : cum Eduardus affirmat nos, dum amori libidinique summa ope resistimus, id *ea solum mente agere, ut liberos nos præbeamus,* nonne hanc ipsam libertatem re vera non exsistere indicare videtur? « Wie thœricht, exclamat Eduardus, das Unentbehrlichste, *Nothwendigste* vorsætzlich, voreilig wegzuwerfen, das, wenn uns auch der Verlust bedroht, vielleicht noch zu erhalten wære. *Und was soll es heissen? Doch nur, dass der Mensch ja scheine, wollen, wœhlen zu kœnnen* » (II, XVII).

Item, cum Ottilia esse dicit nescio quem δαίμονα, a

quo impellitur turbaturque animus miseræ puellæ, nonne occultam quamdam fatalemque potentiam hoc verbo declarat ? « Ein *feindseliger Dœmon*, der Macht über mich gewonnen, scheint mich von aussen zu hindern, hætte ich mich auch mit mir selbst wieder zur Einigkeit gefunden » (II, XVII).

Denique, cum Carlotta, sano tamen sedatoque animo mulier, quæ hucusque libidini resistere potuit, tandem et ipsa amore victa cadit, nonne ratio et officium cum ipsa quoque succumbere videntur ? « Es sind gewisse Dinge, die sich das Schicksal *hartnæckig* vornimmt. Vergebens, dass *Vernunft* und *Tugend*, *Pflicht* und *alles Heilige sich ihm in den Weg stellt ; es soll etwas geschehen,* was ihm recht ist, was uns nicht recht scheint ; *und so greift es zuletzt durch, wir mœgen uns geberden wie wir wollen* » (II, XIV).

παραδόξα IN GŒTHIANO LIBRO

Quin etiam nemo infitias eat in Gœthiano libro inesse παραδόξα quædam multaque plerisque hominum inopinata, quæ profecto eo periculosiora sunt quo maioribus ornantur illecebris. Itaque, si in fine libri animam esse immortalem scriptor contendit, aliis saltem locis in sepulchri monumento unice positam esse immortalitatem opinari credas. « Wenn man die vielen versunkenen, die durch Kirchgænger abgetretenen Grabsteine, die über ihren Grabmælern selbst zusammengestürzten Kirchen erblickt, so kann Einem das Leben nach dem Tode doch immer *wie ein zweites Leben vorkommen, in das man nun im Bilde, in der Ueberschrift eintritt und lœn-*

ger darin verweilt, als in dem eigentlichen lebendigen Leben » (II, II). Quis igitur affirmet nihil esse veri in iis quæ Baumgartner tali modo exponit: « Die *Wahlverwandtschaften* wimmeln von Irrthümern, Halbwahrheiten, unrichtigen Ideen, flachen Anschauungen, die, künstlich aufgeputzt, eine gewisse Tiefe zu haben scheinen. Es würde eine ganze Schrift erheischen, den bunten Mischmasch seiner halb heidnischen, halb christlichen oder phantastischen Ideen in Bezug auf Gott, Seele, Natur, freien Willen, Unsterblichkeit, Religion, Offenbarung, Wunder, Kirche, Gottesdienst, Ehe, eheliche und bürgerliche Pflicht, Sünde, Busse u. s. w. bis in's Einzelne aufzudecken und von den wirklichen Goldkœrnern natürlicher Weisheit und geselliger Bildung auszuscheiden, mit denen sie, wie Spreu mit Weizen, gemischt sind » (p. 16).

BONIS MALA VERIS FALSA COMMIXTA ESSE

Sæpissime ita bonis mala, veris falsa in hoc libro commixta sunt, ut vix rectum vel maximo ingenii acumine dignoscere queas. Non videtur illi tanto scriptori satis certam fuisse in animo mali bonique separationem, quam intuens in eaque defixus librum suum scripserit. Inter bonum et malum oscillare sæpius Gœthium putes, et quotiens boni defensioni, vitiorum contra insectationi locus patet, eumdem dubitare dicas[1].

Quid vero dicam de supremo Ottiliæ fame ab-

[1] Ut magister noster carissimus ALBERTUS LANGE iure contendit; v. supra PARS PRIOR, *Cap.* III, I, p. 64.

sumptæ exitu ? Quamvis huius mortis horrorem minuere partemque culpæ in Mittlerum reicere scriptor velit, nonne hæc plane voluntaria ac sponte quæsita mors est et quam præterea iucundis illecebrosisque coloribus Gœthius narravit ?

DE OTTILIÆ MORTE

Dum librum tragica inflammataque conclusione ornare cupit, non curat scriptor verum amoris remedium in actione positum esse. « Virtutis laus omnis in actione consistit », ut scripsit Cicero. Atque ea ipsi Gœthio in animo sententia erat, credo, cum puellam hæc loquentem inducit : « Die schætzenswertheste Freistatt ist da zu suchen, *wo wir thœtig sein kœnnen*... Findet man mich *freudig bei der Arbeit, unermüdet in meiner Pflicht*, dann kann ich die Blicke eines jeden aushalten, weil ich die gœttlichen nicht zu scheuen brauche » (II, xv).

Utinam quæ dicit, fecisset ! Nam hoc erat amoris remedium, quo non præstantius alter, et quo Gœthius ipse olim iam usus erat. Minus tragica minusque fictæ historiæ fortasse conveniens, sed certe bono honestoque magis congruens conclusio fuisset. Gœthio quidem licebat tali modo librum concludere ut legentium mentes summa miseratione permoveret ; sed quæ fiunt neque laudare ipse pro sua parte neque legentibus approbare debuisset.

QUÆ SIT PERICULI CAUSA

Si tamen altius penetrare remque penitus perspicere velis, parva magnaque libri vitia, quæ reprehendere volumus, ex hoc proficisci intelleges, quo Gœthius modo scripta pangat. Ante omnia lyricus poeta, ea primum, quibus ipsius animus commovetur,

in libris appingit et parum curare videtur, dummodo legentes delectet, num utilia quæ scribit idoneaque vitæ sint; præcipue ea scribit quæ sensit fecitque quondam, dum amabat ipse, et quæ meminisse ipsum iuvat; hæc amat, hæc toto pectore narrat, hæc iucundis quoque dulcibusque coloribus exornat. Sed, ad pulchrum manum dirigens pulchroque intentus, de pravo rectoque nihil tunc curat scriptor; ideoque illa fiunt vitia, quæ enumeravimus vituperavimusque, et quæ Gœthius ipse in libro suo evitare voluisset.

UTILIA IN GŒTHIANI LIBRI SINGULIS PARTIBUS

Namque non hoc quidem contendimus, nihil esse, etiam in Gœthiani libri singulis partibus, vel utile vel salutare et vitæ idoneum. Sæpius, ut iam diximus, quid rectum, quid decens, quid non, scriptor summa vi monstrat. Non semel Carlotta amicos bonum honestumque monitos esse vult. Mittlerus, quanquam comico ingenio et interdum ridicula fere lingua, verum sæpius denuntiat. Utilia dant consilia et Magister et Architectus. Præterea in libro, de quo disserimus, non desunt utilia præcepta de horto colendo, de antiquis monumentis ad pristinam dignitatem restituendis, de pueris vel puellis et formandis et edocendis, quæ quidem præcepta legentibus documento esse possunt. Immo ficta tota historia et urbanitatis et humanitatis et quasi bene dicendi schola appellanda est. Denique ipsius Ottiliæ in *tabellis* suis, quamvis cum reliquis Gœthiani libri partibus paululum iunctæ sint, permultæ sententiæ morales inveniuntur, quæ quidem, puellæ a poeta senescente

commissæ, non inutiles neque vitæ non idoneæ sunt.

Sed hæc omnia et utilia et vitæ idonea in irritum fere cadunt ; nec satis magnam vim habent queruli Mittleri præcepta et monitus vel ea quæ in puellæ tabellis sapienter scripta sunt, sed quæ Ottilia ipsa scribere non quidem potuit ; fortius et vehementius commovent nos et delectant loci, in quibus describitur amor, dulcis amor, cui libri præcipuæ personæ facilius cedunt.

Conclusio

Ut plane dicam quod sentio, non alia mente Gœthius opus illud suscepisse videtur, quam ut violentem malamque Eduardi libidinem Ottiliæque dulcem amabilemque figuram depingeret. Res ipsas narravisse non contentus, scriptor eadem, quæ libri sui personæ, sentit ; cum personis illis amat, sperat, dolet, modo fortunatus, modo tristis.

Hoc autem bene considerantibus nobis omnia subito magis clara magisque perspicua fiunt : subito intellegimus cur tam lævus Mittlerus, cur primum a Carlotta leviter alienus legentis animus, cur parum valeant Centurionis argumenta, cur denique parum utilis salutarisque liber, in quo tamen et utilia et salutaria dicere Gœthius sine dubio voluit. Quamobrem iucundiores dulcioresque sunt loci, in quibus narratur Ottiliæ Eduardique amor. Nihil æque legentis mentem allicit ; immo, longiores videntur horti rerumque naturæ descriptiones, sine colore picturæ, frigidiora colloquentium diverbia , supervaneæ nar-

ratiunculæ et præsertim illa ipsa inserta historia, quæ « *Die wunderlichen Nachbarskinder* » inscribitur (II, x). *Vera* et *mera* libri materia in Eduardi et Ottiliæ amore. Cur igitur hunc librum Gœthius scripserit plane manifestum est : suum ipsius animum, suum amorem, suam flammam pingere voluit, dum aliorum animos, amores, flammas describere conatur.

CAPUT IV

QUID CASTI VITUPERANDIVE HABEAT IN AFFINITATIBUS ELECTIVIS GŒTHIANUM DICENDI GENUS

« Und einzig veredelt die Form den Gehalt,
« Verleiht ihm, verleiht sich die hœchste Gewalt. »

Hactenus de Gœthiano opere ipso, quod ad argumentum pertinet et rerum explicationem, locuti sumus. Nunc satis erit paucis verbis exquirere quid ad mores vel emendandos vel corrumpendos valeat dicendi genus, quo Gœthius usus est.

DE GŒTHIANI SCRIBENDI GENERIS HONESTATE

Etenim non solum eamdem in scribendi genere iucunditatem invenies atque in rerum explicatione, sed etiam, cum in singulorum verborum coniunctione, tum in toto dicendi genere, eamdem et urbanitatis et honestatis curam, quamvis, ut iam in secundo nostro capite vidimus, res ipsæ, quæ narrantur, sæpius non sine maxima audacia et libertate excogitatæ videantur. Ut enim Gœthiani libri personæ, more imbutorum summa humanitate atque omni liberali doctrina formatorum agunt, ita iisdem verbis eodemque modo atque viri liberalibus studiis artibusque exculti et perpoliti loquuntur.

In rebus etiam, quæ rigidis Catonibus et periculosæ et nocentes videri possent, Gœthius honestissimo genere dicendi et verecundis verbis usus est, ita ut anno MDCCCIX summo iure de libro suo ad

amicum Riemerum scribere potuerit : « Die Menschen betragen sich wie vornehme Leute, die bei allem innern Zwiespalt doch *das œussere Dekorum* behaupten ». Ut copiosius disputatur, cum de rebus naturæ vel de horto colendo agitur, ita brevior fit oratio, cum liberior materia et res moribus periculosæ tractantur. Non solum sententiæ reconditæ et exquisitæ, sed etiam ubertas et copia orationis atque grave dicendi genus laudanda sunt. Cum res non inhonestæ sunt, in his describendis scriptor proprio verbo utitur; cum autem honestati offendere possunt, adumbrat modo leviterque tangit. Res sub aspectum pæne subiciens, non ad commune et vulgare genus dicendi accedit. Semper in libro, de quo loquimur, personis et rebus quæ narrantur verba ipsa respondent.

EXEMPLA I DE PRIMARUM PARTIUM PERSONIS

Ut exempla proferamus, Mittlerus, multa verba faciens, magnifice loquitur et interdum inflato orationis genere utitur [1], Eduardus contra iucundissima et emendata oratione fusoque dicendi genere [2], Carlotta expedita et facile currenti oratione [3] loquuntur.

EXEMPLA II

In gravissimis rebus elatio atque altitudo oratio-

[1] Vide eiusdem orationem de matrimonio: « Die Ehe ist der Anfang und der Gipfel aller Kultur. Sie macht den Rohen mild... Unauflœslich muss sie sein!... Sind wir nicht auch mit dem Gewissen verheirathet! » (I, IX).

[2] « Er [id est Eduardus] æusserte sich nach seiner Weise freundlich und angenehm » (I, II).

[3] Vide præsertim Carlottæ verba in Prioris Partis primo et secundo capite: « Das Bewusstsein, mein Liebster... Wenigstens mein Lieber... »

nis [1], in parvissimis contra medium vel tenue scribendi genus reperitur [2]. Tum enim cum lenitate quadam æquabili profluens oratio, tum vehemens et nervosum et sententiis abundans dicendi genus. Etiam cum cotidiani sermonis genere utitur Gœthius, numquam ad vulgarem sensum orationem accommodat. Iure igitur Alexander Baumgartner, qui tamen, ut prima in parte huius libelli nostri vidimus, Gœthianum opus acerrima insectatione aggressus est, in suo libro de Gœthio senescente scripsit hæc : « Die *Darstellung* ist weit von jener platten Lüsternheit entfernt, mit welcher Wieland verfängliche Situationen herbeizuführen und bis zum Obscœnen zu steigern pflegt. Gœthe *weiss seine Worte abzuwœgen* und spricht kaum eines aus, was eine wohlerzogene Dame ihm nicht nachsprechen dürfte » (p. 14).

Quod poeta ipse de Eduardo suo dicit, ad ceteras quoque libri personas atque ad totius operis genus scribendi nobis quidem pertinere videtur : « alle seine Æusserungen waren *durch eine vollkommene Schonung des andern dergestalt gemildert, dass man ihn immer noch liebenswürdig finden musste* » (I,II). Cum enim indomitæ animi cupiditates describuntur, et fervida et ardens fit oratio, nec desideratur et ornata et elegans oratio, sed numquam scriptor

[1] Vide, exempli gratia, Alteræ Partis caput septimum decimum duodevicesimumque.

[2] Vide capita III, VI, VII Prioris Partis, V, VI, IX Alteræ Partis.

sibi proposuit ut nimia ubertate et copia dicendi legentium animos ad libidinem incitaret. Cum Eduardus cupiditate sic ardet, ut in nullo umquam flagrantius studium videas, immo, cum effrenatis cupiditatibus maxime occæcatur et libidine præceps fertur, dicas scriptorem studuisse, ut res in brevi conspectu poneret leviterque præstringeret : vide, exempli causa, in Prioris Partis capite duodecimo hæc : « Eduard hob seine Arme empor : Du liebst mich ! rief er aus, Ottilie, du liebst mich ! und sie hielten einander umfasst. Wer das andere zuerst ergriffen, wære nicht zu unterscheiden gewesen... Sie standen vor einander, er hielt ihre Hænde, sie sahen einander in die Augen, im Begriff sich wieder zu umarmen ». At *statim* legitur : « Charlotte mit dem Hauptmann trat herein ».

Etiam cum illud toties et tam vehementer impugnatum atque in peius diiudicatum adulterium, non re sed animo commissum, depingitur, æquabiliter fluens oratio atque verborum sanitas et tenuitas probabitur : « In der Lampendæmmerung sogleich behauptete die innere Neigung, behauptete die Einbildungskraft ihre Rechte über das Wirkliche. Eduard hielt nur Ottilien in seinen Armen ; Charlotten schwebte der Hauptmann næher oder ferner vor der Seele, und so verwebten, wundersam genug, sich Abwesendes und Gegenwærtiges reizend und wonnevoll durcheinander » (I, xi).

COMPARANTUR INTER SE

Ut Germanici scriptoris artem dicendi melius cognoscamus et cum quadam æquitate æstimemus,

GŒTHII ET INTERPRETUM DICENDI GENUS

Gœthii opus cum eiusdem libri gallicis translationibus conferamus. Etenim ad rem melius illustrandam ac comprobandam duas præstantissimas translationes eligamus, unam ab honestissimo ac doctissimo viro, scilicet IACOBO PORCHAT, alteram a non ignobili femina, scilicet A. DE CARLOWITZ, conscriptam.

Quo facto satis apparebit quantopere Gœthius, vel ardentibus in descriptionibus, generis dicendi et dignitatem et honestatem ante oculos habuerit et quantum his virtutibus omnes operis sui translationes superet.

Sic in septimo libri capite verba, quibus Eduardi nascens amor depingitur, « *eine stille freundliche* Neigung », a Iacobo Porchat hoc modo mutantur : « une *tendre* et *secrète* inclination » atque a femina de Carlowitz : « un *tendre* penchant », verbo « *stille* » plane omisso, eodemque loco eadem interpres Carlottæ amorem in maius extollit, verbis « Indem nun Charlotte mit dem Hauptmann *eine gemeinsame Beschœftigung fand* » hoc modo mutatis : « Tandis que le Capitaine et Charlotte *se rapprochaient toujours plus intimement.* »

Alio in loco Germanici scriptoris *oscula*[1] fiunt apud Iacobum Porchat « *des baisers de flamme*[2] » atque apud A. de Carlowitz « *des baisers brûlants*[3] » ;

[1] *Küsse*, (*Affinitates electivæ*, II, Cap. XIII).

[2] J. PORCHAT, *Œuvres de Gœthe*, Lutetiæ Parisiorum, MDCCCLXXXIII, V, p. 551.

[3] A. DE CARLOWITZ, *Les Affinités électives*, Lutetiæ Parisiorum,

et porro, Ottiliæ culpam necessitati et fato ineluctabili tribuens, eadem addit : « *dont* [id est *du crime dont*] *le destin l'avait rendue coupable* [1] ».

Præsertim autem in illa adulterii, animo commissi, descriptione, de qua supra diximus, honestiore genere dicendi Gœthius utitur quam omnes qui opus transtulerunt. Utraque enim in translatione Eduardi persona mutatur, neque opportune :

GŒTHIUS	PORCHAT	A. DE CARLOWITZ
Eduard lœschte zuletzt *muthwillig* die Kerze aus.	et enfin il éteignit la bougie *en folâtrant*.	il *feignit de renverser* la bougie *par maladresse ;* son intention avait été de l'éteindre, et il réussit.
(I, Cap. XI exeunte).	(p. 415).	(p. 106).

Paulo post, cum Eduardus et Carlotta Veneri indulgent, eadem Gœthii præstantia laudabitur, qua Germanici poetæ opus omnes translationes superat.

Et porro, cum Eduardus et Ottilia, solus cum sola, de mutuo amore loquuntur, vide A. de Carlowitz, Gœthii eleganti ac castæ descriptioni : « Zærtlich bescheiden setzte er sich neben sie, *ohne sie zu berühren* » [2], verba liberiora addentem : « *Edouard prit les deux mains d'Ottilie,* puis il s'assit près d'elle d'un air tendrement ému [3] ». Quantum, hoc

MDCCCXLIV, p. 292. Cf. in duodecimo capite, p. 109, « *son regard brûlant* plongeait dans le regard timide de la belle enfant » pro « *sie sahen einander in die Augen* ».

[1] A. DE CARLOWITZ, p. 304; cf. GŒTHIUS, II, XV.

[2] *Affinates electivæ*, I, XV.

[3] A. DE CARLOWITZ, p. 128.

quoque in loco, Gœthius interpreti præstat ! Quid ! quos Gœthius « *die Rückkehrenden* [1] » nominat, nonne gallici interpretes « *les deux amants* [2] » appellant ! Dicas interpretes Gœthii genus dicendi et ardentius et fervidius ex proposito effecisse.

Denique, ut Eduardi et Ottiliæ amorem in maius effert, ita A. de Carlowitz et Centurionis et Carlottæ ardorem plus æquo amplificat ; quod eo minus probandum est, quod hæ personæ in Gœthii libro rationis et honestatis partes agunt :

GŒTHIUS	A. DE CARLOWITZ
Er hielt sie fest und drückte sie an sich. Erst auf einem Rasenabhang liess er sie nieder, *nicht ohne Bewegund und Verwirrung.* (I, XII).	Il la pressait *tendrement* contre sa poitrine. Arrivé sur le rivage, il la déposa sur un terrain couvert de gazon. *Son agitation tenait du délire... Éperdu, hors de lui...* (p. 112). [3]

Immo, cum vocabulum « *beinahe* » omittatur, fingitur nobis Carlotta Centurionem non sine uno alterove osculo dimittens :

GŒTHIUS	A. DE CARLOWITZ
Der Kuss, den der Freund gewagt, den sie ihm *beinahe* zurück gegeben,... (I, XII).	Le baiser qu'elle avait reçu, qu'*elle avait rendu...* (p. 112).

Atque volens, mea quidem opinione, omittit A. de Carlowitz verba : « Sie müssen scheiden, lieber Freund, und Sie werden scheiden ».

[1] *Affinitates electivæ*, I, XV.

[2] Porchat, p. 433: ‚ *des amants* ' ; A. de Carlowitz, p. 129: ‚ *les deux amants* '.

[3] Cf. infra : un baiser *brûlant* (p. 112) pro *lebhaft* (I, XII).

Ne plura, tali modo optimi interpretes Gœthii genus dicendi fervidius et a decentia magis alienum effecerunt [1]. Quid ! si ipsi opus scripsissent ?

Neque nobis Gœthii orationem cum genere dicendi, quo usi sunt, nostro sæculo, scriptores qui ‚ *Realisti* '

[1] Cf. etiam:

Gœthius	Porchat	A. de Carlowitz
I. Indem *er* sie *fest* in seine Arme schloss ... Sie wähnten, sie glaubten einander anzugehœren; sie wechselten zum erstenmale entschiedene, *freie Küsse.* (II, XIII).	... en la pressant *avec ardeur* dans ses bras... Ils rêvèrent, ils crurent qu'ils s'appartenaient l'un à l'autre; pour la première fois, ils échangèrent, *avec abandon, des baisers de flamme...* (p. 551).	Il l'attira dans ses bras... L'espérance passa sur leurs têtes comme une étoile qui se détache du ciel pour éclairer la terre de plus près. *Se sentant unis,* ils échangèrent pour la première fois, et sans contrainte, *des baisers brûlants* (p. 291).
II. *liebevoll* und *dringend...* (de Eduardo, II, XII).		*avec amour, avec délice.* (p. 318).
III. da du die Meinige *sein wirst* (II, XIII).		puisque *tu vas* m'appartenir *enfin.* (p. 290).
IV. Quod ad ‚ *determinismum* ' pertinet, vide:		
... er *musste* sie sehen, sie sprechen. (II, XVI).	Il fallait ! (p. 566).	*une puissance irrésistible l'entraîna machinalement.* (p. 313).
V. Quod ad religionem pertinet, vide:		
Auch *wendet* sie *sich* nicht vergebens *zu den Sternen* ... (II, XIII).		Ottilie n'avait pas en vain *invoqué les étoiles...* (p. 294).

dicuntur, comparantibus difficile esset hac quoque comparatione demonstrare decentiæ et honestatis palmam Gœthio haud immerito tribui posse. Sæpius enim, Gœthiani libri genere dicendi cum Gustavi Flauberti, Æmilii Zolæ vel Pauli Bourget arte scribendi collato, tibi apparebit quantum Germanici poetæ oratio et honestior et verecundior sit.

Conclusio

« Sed hæc minoris sunt momenti », audio iam rigidum Catonem exclamantem, « neque nobis magno erunt auxilio ad iudicandum quid valeat Gœthii opus ad mores vel emendandos vel corrumpendos ». Ego tamen dicam quod sentio. Minora quidem, sed non parvi momenti. Nam hoc animo semper fui, ex his parvis minutisque rebus totius generis dicendi colorem aut honestum aut inhonestum effici. Ut enim in omnibus libri capitibus, ita in omni fere verborum coniunctione, inest nescio quæ vis intima, qua legentis animus ad finem quemdam, vel bonum, vel malum, interdum incitari potest. Quare non immerito de libri, cuius vim ethicam perpendimus, vel dicendi genere tractavimus.

PAUCA IN FINE

« Und manche liebe Schatten steigen auf;
« Gleich einer alten halbverklungnen Sage
« Kommt erste Lieb' und Freundschaft mit herauf. »
(FAUST, *Zueignung*, v. 10).

Gœthiani operis genere dicendi perspecto ac diiudicato, propositum nostrum explevimus. Tria enim exquisivimus, quibus legentium animi ad vitæ rationem vel bonam, vel malam, incitari possint : *argumentum* dico, *rerum tractationem*, *elocutionem*.

Paucis igitur verbis, iisdemque apertis et claris, quæstionem enodemus, quam principio libelli nostri nobis solvendam proposuimus.

Quod ad libri materiam pertinet, Gœthius turpe boni honestique calcati crimen effugit : immo multa sunt in *Affinitatibus electivis* quæ legentibus fructui et commodo esse possint, dummodo ab adultis legantur, qui, iam magno vitæ cursu functi, eadem experti sunt quæ Gœthii personæ.

Etiam quod ad scribendi genus attinet, eamdem urbanitatis honestatisque curam atque in rebus ipsis invenimus.

Modo in materiæ tractatione rerumque explicatione sunt nonnulla — minime, credo, ex certo scriptoris proposito — quæ moribus damnum afferre possint.

Quod periculum, ut vidimus, ex eo ortum est, quod in libri personis eædem spirant ac vigent animi perturbationes, quæ in scriptoris ipsius animo spiraverunt ac viguerunt.

Num igitur hunc librum procul abiciendum tanquam pericula plura præbentem atque indignum qui legatur censemus ?

Hæc fere respondenda nobis videntur : si qui forte vel parum ethicis quæstionibus idonei vel earum rerum, quas nobis in libro suo scriptor proponit et quibus pingendis præcipuam dat operam, plane ignari fuerint, satius esset, credo equidem, hanc fictam historiam hi numquam in manus suas sumerent. Qui vero usu vitæ edocti quid sit bonum, quid utile, quid licitum, quid non, cotidianis meditationibus perdidicerunt, opus, de quo agitur, nostra quidem sententia, legere possunt, dummodo optimo prooemio præmoneantur qua mente Gœthius hanc fictam historiam scripserit, quod sit ipsius operis propositum ac denique quid periculi præsertim animis teneris mollibusque et ad amorem nimium propensis talis liber habeat.

Itaque, quamvis et brevius et in iis tantum quæ ad bonos mores spectant Gœthianum opus attigerimus, vidimus tamen quam facile vel maximi ingenii scriptor, qualis fuit Gœthius, a proposito ethicoque fine discedat, quam multa nec opinata inscii in scribendo effingamus, et quam sæpe nescio qua germana sortis ironia spes nostræ et materiæ magnifica promissa frustra sint.

Dum librum qui *Affinitates electivæ* inscribitur

intento animo considerabamus, cognovimus quo modo et qua ratione fictiones suas maximus Germanorum poeta informet, atque eo noster hic libellus Gœthii naturam et ingenium pro sua portione in meliore illustrioreque lumine collocare fortasse potuit. Neque renovare, neque labefactare præsertim leges, quibus nostrorum temporum homines parere consueverunt, sibi scriptor proposuit ; illas potius stabilire et confirmare exoptat ; nequaquam turbare vel subvertere civiles leges et officia vitæ in animo habet, ut ipse dicit, et tamen, dum per ignes suppositos cineri doloso et lubricum iter incedebat, longe a vera via veraque fertur ratione ; ingenio nimiumque dulcibus illiciti amoris descriptionibus indulget ; dum quæ posteri mirentur scribere cupit poeticæque facultati immittit habenas, parum curat quid boni mores poscant. Itaque quid sit pulchrum et dulce et ad legentium animos commovendos aptum potius quam quid sit bonum et rectum et vitæ utile quærere Gœthius videtur. Eduardi Ottiliæque amores dulce et suaviter describere potius quam cum Mittlero indelebilem matrimonii sanctitatem tueri cogitat ; neque id quidem mirum, cum præsertim tali modo præteritas ipsius curas, præteritum amorem præteritamque flammmam veterumque amicarum poeticam figuram pingere posset.

Gœthio autem idem accidit quod artificibus plerumque accidere solet : dum in mente illius insidebat eximia quædam pulchritudinis species, quam intuens in eaque defixus ad hanc speciem effingen-

dam artem et manum dirigebat, eum esse oblitum credas quid bonis moribus consentaneum et legentium animis emendandis utile sit. Quare, quæ in Gœthiano libro pulcherrima et dulcissima sunt, eadem hæc maximum quoque periculum præbent ; in iis enim locis inest eadem suavitas dulcedoque idemque ad commovendos animos iuvenilis ardor atque in Werthero !

VIDI AC PERLEGI,
LUTETIÆ PARISIORUM, IN SORBONA,
A. D. VII ID. JUL. ANN. MDCCCCI
FACULTIS LITTERARUM
IN UNIVERSITATE PARISIENSI
DECANUS
A. CROISET.

TYPIS MANDETUR
ACADEMIÆ PARISIENSIS RECTOR
GRÉARD.

INDEX CAPITUM

Pag.

PROŒMIUM..... 7

PARS PRIOR

QUID SENSERINT CRITICI DE VI MORALI GŒTHIANI LIBRI QUI AFFINITATES ELECTIVÆ INSCRIBITUR

CAPUT I. Quid scriptoris æquales senserint de Gœthiani libri virtute morali..... 13

CAPUT II. Quæritur utrum Gœthius libri, de quo agitur, argumentum et personas ex vita sua sumpserit, an non..... 28

CAPUT III. Quid nostrorum temporum critici de Gœthiani libri virtute morali senserint. 39

§ I. De iis qui, nostris temporibus, Gœthiani libri dignitatem moralem defenderunt..... 40

§ II. De iis qui, nostris temporibus, Gœthiani libri virtutem moralem impugnaverunt..... 65

PARS ALTERA

QUID BONI PERICULOSIVE HABEAT GŒTHIANUS LIBER

PAG.

CAPUT I. QUID GŒTHIUS IPSE IN ANIMO HABUERIT, CUM LIBRUM SUUM SCRIPSIT, QUIDQUE DE EIUS VIRTUTE MORALI SENSERIT 73

CAPUT II. QUID IN GŒTHIANI LIBRI MATERIA ET REBUS UTILE ET VITÆ IDONEUM SIT..... 83

CAPUT III. QUID PERICULI HABEANT SINGULA QUÆQUE IN GŒTHIANO LIBRO 102

CAPUT IV. QUID CASTI VITUPERANDIVE HABEAT IN AFFINITATIBUS ELECTIVIS GŒTHIANUM DICENDI GENUS..... 129

CONCLUSIO..... 139

EX TYPIS B. NIEL, AQUIS SEXTIIS, VIA DICTA EMERIC-DAVID, 5

AQUIS SEXTIIS - EX TYPIS B. NIEL

OCT 20 '55 H
JAN 11 '56 H

581.50
id boni periculosive habeat Goeth
dener Library 003586365
3 2044 087 154 282